VII. Ager qui educebatur de ſancto ſacerdotibus in Jubilæo, erat ſicut ager poſſeſſionis Iſraelitæ; Sacerdotes, & Levitæ in agris ſuarum urbium & ſuburbiorum ſanctificabant quando placebat, & redimebant quando placebat; ſi alius redemiſſet, reſtituebatur dominis in Jubilæo; ager qui cedebat ſacerdotibus ex ſancto, reputabatur ſicut ager poſſeſſionis Iſraelitæ: Sacerdotes & Levitæ ſicut agrum poſſeſſionis ſuæ in urbibus ſuburbiorum ſuorum ſanctificabant quando libebat, & redimebant quando libebat; Si alius redimat, revertebatur dominis in Jubilæo. Si ſacerdos hæreditatem conſequatur ex patre ſuæ matris, & ſimiliter filius Levitæ, Nethinæus, & ſpurius in agro ſuorum patrum, conſideratur ſicut ager poſſeſſionis Iſraelitæ.

VIII. Siquis ſanctificet ſuum agrum extra Jubilæum; dicunt ei: Redime tu prius; quia domini, at non alii dant quintam partem: Contigit, ut aliquis ſanctificaverit ſuum agrum, eo quod eſſet malus; ei dixerunt: Redime tu prius: Ipſe reſpondit: Meus eſt pro aſſario: Dixit R. Joſe; Vel ſi iſte non dixerit niſi ovo, poterat eſſe ſuus, quia ſanctum redimitur argento, & eo quod æquivalet argento: Si unus dixerit: Meus eſt pro decem ſiclis; & alter dixerit pro viginti, & alter pro triginta; & alter pro quadraginta, & alter pro quinquaginta: Si pœniteat, qui dixit quinquaginta, ſumunt ab eo decem ſiclos, & aboletur emtio; ſi pœniteat qui dicit quadraginta; ſumunt ab eo decem ſiclos, & aboletur emtio; Si pœniteat qui dixit triginta; ſumunt ab eo decem ſiclos, & aboletur emtio; Si pœniteat qui dixit viginti; ſumunt ab eo decem ſiclos, & aboletur emtio; & ſi omnes pœnituerit, ſumunt a ſingulis decem ſiclos, & emtio priori apprehenditur.

ט המקדיש שדה אחוזתו שלא בשעת היובל ביתו ומטלטלין בין בשעת היובל ובין שלא בשעת היובל כופין את הבעלים לפתוח ראשון אמר אחד הרי שלי בעשרים ואחד כופין את הבעלים ליתן עשרים ושש עשרים ושבע כופין את הבעלים ליתן עשרים ושבע בעשרים ושלש כופין את הבעלים ליתן עשרים ושמנה בעשרים וארבע כופין את הבעלים ליתן עשרים ותשע בעשרים וחמש כופין את הבעלים ליתן שלשים פחות מכן אין כופין את הבעלים שאין כופין את הבעלים לא כנגד חומש רצו הבעלים לגאול הרשות בידם נותנין שלשים ואחד דינר בית שמאי אומרים יש חומש לתוספת ובית הלל אומרים אין חומש לתוספת.

י אין לאדם להקדיש את כל נכסיו אם הקדיש את כולם הרי הם מוקדשין אין אדם רשאי להחרים את כל נכסיו ואם החרים את כולם הרי הם מוחרמים רבי אליעזר אומר מאדם ולא כל אדם מבהמה ולא כל בהמה משדה אחוזתו ולא כל שדה אחוזתו לפיכך אם הקדיש את כולם הרי הם מקודשים ואם החרים את כולם אין מוחרמים אמר רבי אלעזר בן עזריה אם לגבוה אין אדם רשאי להחרים את נכסיו שחס המקום עליו על אחת כמה וכמה אדם חייב להיות חס על נכסיו.

יא רבי אלעזר בן עזריה אומר הרי הוא אומר כי ירחיב יהוה אלהיך את גבולך כאשר דבר לך וגו׳ אי אפשר שהבשר מבאיש בקדרה והלא תאכלו הא אינו אומר ואמרת אוכלה בשר אלא לתיאבון יכול הוא לוקח מן השוק ואוכל תלמוד לומר וזבחת מבקרך ומצאנך ואכלת יכול יכנס בהם וישחטם כולם ויעלם תלמוד לומר מבקרך ולא כל בקרך מצאנך ולא כל צאנך וכן היה רבי אלעזר בן עזריה אומר מי שיש לו עשרה מנה מתעסק בירק בקדרה בכל יום עשרים מנה מתעסק ירק בקדרה ואלפס חמשים מנה ליטרא בשר מערב שבת לערב שבת מאה מנה ליטרא בשר בכל יום אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר שנאמר

IX. Si quis sanctificet agrum suæ possessionis quo tempore non observatur Jubilæus, & domum suam, & bona mobilia tam in Jubilæo quam extra Jubilæum, coguntur domini, ut sint primi, qui offerant; Si quis dicat: Meus est pro uno & viginti; coguntur domini, ut dent sex & viginti; Si pro duobus & viginti: coguntur domini, ut dent septem & viginti; Si pro tribus & viginti; coguntur domini ut dent octo & viginti: Si pro quatuor & viginti: Coguntur domini ut dent novem & viginti: Si quinque & viginti: coguntur domini dare triginta; minus hoc non obligantur domini, quia domini non non obligantur nisi contra quintam partem; Si velint domini redimere, licet, & dabunt unum & triginta denarios: Schola Schammai: Datur quinta pars in incremento; at schola Hillel dicit: Non datur quinta pars in incremento.

X. Nemo debet sanctificare omnes suas facultates, & si sanctificet, omnes sanctificantur; Nemo potest vovere omnes suas facultates, & si omnes devoveat, devoventur: Rabi Eliesér dicit: Dictum est: *De homine*: Non totum hominem: *De animali*: Non totum animal: *De agro suæ possessionis*: Non totum agrum suæ possessionis: Idcirco si totum sanctificasset, erit sanctificatum; at si totum devovisset, non erit devotum. Dicit R. Eliesér ben Azaria: Si homini non licet devovere Deo omnes suas facultates, quanto magis tenetur parcere bonis suis?

XI. R. Eliesér ben Azaria dicit: Dictum est: *Quum dilataverit Dominus Deus tuus terminum tuum, sicut tibi locutus est*. Fieri non potest ut caro foeteat in olla, & de ea comedatis: Hinc igitur non dictum est: Et dices & comedam carnem nisi propter desiderium: Crederem quod emeret ex foro, ut comederet? Idcirco dictum est: *Et mactabis de bobus tuis, & de ovibus tuis &c.* Crederem quod ingrediens mactaret omnes, & offerret? Idcirco dictum est: *De bobus tuis*: Non omnes boves tuos: *De ovibus tuis*: At non omnes oves tuas: Et similiter dicit Rabi Eliesér ben Azaria: Si sibi sint decem minæ; poterit coquere herbam in olla singulis diebus; si viginti minæ, poterit coquere olus in olla, & in sartagine; Si quinquaginta minæ, poterit comedere libram carnis a vespera Sabbathi ad vesperam Sabbathi; Si centum minæ, poterit comedere libram carnis singulis diebus: Licet non sit rei demonstratio, tamen est rei monimentum: Di-

ביום ההוא יחיה איש עגלת בקר ושתי צאן והיה מרוב עשות חלב יאכל חמאה ממאה לוג חלב יוציא לוג חמאה רבי אומר הרי הוא אומר אשר יצוד ציד חיה או עוף אשר יאכל וגומר והלא סופנו לרבות שירש ושלקח ושנתן לו במתנה הא אינו אומר ואמרת אוכלה בשר אלא בחזמנה הזאת׃

יב המקריש חצי עברו וחצי שפחתו הוא וכהן שותפין בו חרמי כהנים שהקרישן להקריש המזבח או להקריש ברק הבית לא עשה כלום הקריש המזבח שהקרישו לחרמי כהנים או להקרש ברק הבית לא עשה כלום אבל הקרש ברק הבית שהקרישו לחרמי כהנים או להקרש המזבח מה שעשה עשוי חרמי כהנים אין להם פריון ואין יוצאין ביובל חרמי ישראל רצו הבעלים לגאל הרשות ביד כהן חרם, ישראל ביון שבאו ליד כהן הרי הן כחולין לכל דבר סתם חרמים להריוט ומפורש לגבוה שנאמר כל חרם קרשי קרשים הוא ליהוה רבי יהורה בן בתירא אומר סתם חרמים לגבוה ומפורש להריוט שנאמר כשרה החרם.

יג כהנים ולוים אין מחרימין דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר כהנים אין מחרימין שחרמים שלהם לוים מחרימין שאין חרמים שלהם אמר רבי נראין דברי רבי יהודה בקרקעות כי אחוזת עולם הוא להם דברי רבי שמעון במטלטלין שאין חרמים שלהם שלשה חרמים הם אך כל חרם אשר יחרים איש ליהוה וגומר אלו חרמי כהנים כל חרם קרש קרשים הוא ליהוה אלו חרמי גבוה כל חרם אשר יחרם מן האדם לא יפדה אלו חייבי מיתות בית רין.

פרק חמישי

א המוכר שרהו בשעת היובל אין מותר לגאל פחות משתי שנים של תבואה שנאמר במספר שני תבואות ימכר לך היתה שנת שביעית או שנים בשני אליהו אין עולה לו מן המנין נרה שנה

Dictum est enim: *Et erit in die illa: Nutriet homo vitulam bovis, & duas oves, & præ ubertate lactis comedet butyrum:* Ex centum logis lactis educet logum butyri: Rabi dicit: Dictum est: *Qui venatus fuerit venationem animalis, vel avis, quæ comedantur &c.* Quomodo intelligitur? Ad includendum illum, qui hæreditate acceperit, aut emerit, aut dono datum sit: Hinc non dictum est: *Et dices; manducabo carnem;* nisi his præparationibus.

XII. Si sanctificet dimidium servi, & dimidium ancillæ, ipse & sacerdotes sunt in hoc socii: Anathemata sacerdotum si sanctificet pro sanctitate altaris, aut pro sanctitate instaurationis domus, nihil inserviunt; At sanctificationes instaurationis domus si sanctificet pro anathematis sacerdotum, aut pro sanctificationibus altaris, quod factum est, factum est: Anathemata sacerdotum non redimuntur, & non exeunt in Jubilæo, quando pervenerint in potestatem sacerdotis, sunt omnino sicut profana: Si velint domini redimere, permittitur sacerdoti: Anathemata non definita sunt pro privato, & definita Deo: Dictum est enim: *Omne anathema sanctitas sanctitatum Domino:* R. Jehuda ben Bethera dicit: Anathemata indefinita cedebant Deo, & definita privato: Dictum est enim: *Sicut ager anathematis.*

XIII. Sacerdotes, & Levitæ non devovent; Verba R. Jehuda: R. Simeon dicit: Sacerdotes non devovent, quia anathemata ipsorum erant; Levitæ devovent, quia anathemata ipsorum non erant. Dicit Rabi: Probabilia sunt verba R. Jehuda in fundis, quia sunt illis possessio perpetua, & verba R. Simeonis in bonis mobilibus, in quibus anathemata ipsorum non sunt: Tres erant species anathematum: Dictum est enim: *Tantummodo omne anathema, quod devovit vir Domino.* Hæc sunt anathemata sacerdotum: *Omne anathema sanctitas sanctitatum illud Domino:* Hæc sunt anathemata Deo: *Omne anathema quod devovebitur ab homine, non redimetur:* Isti sunt, qui sunt rei mortis ex decreto Synhedrii.

CAPUT V.

I. Si quis vendiderit agrum suum intra Jubilæum, non licet ei redimere minus biennio proventus: Dictum est enim: *Secundum numerum annorum proventuum vendet tibi:* Si fuerit annus Sabbathicus, aut anni similes annis Eliæ, non computantur; Si annum no-

אכלה שנה והבירה שנה עולה לו מן המנין רבי אליעזר אומר פעמים שיוכל לאכול הימנה שלש תבואות בשתי שנים כיצד הניחה ויצא היה בה תבואה לקצור וזתים לבצור וענבים למסוק לא יאמר לו הניחה לפני מלאה כמה שהנחתיה לפניך מלאה אלא אוכל שנה אחת ומסתלק הקנים והזמורות ופירות שקמה בתוכה הרי הן בפירות.

ב אילן שנקצץ או שיבש שניהן אסורין בו כיצד יעשה ימכר וילקח בהם קרקע ויאכל פירות מכרם לראשון במנה מכר לראשון ולשני במאתים אין מחשב אלא עם הראשון שנאמר לאשר מכר לו לראשון במאתים ומכר לראשון ולשני במנה אין מחשב אלא עם האחרון שנאמר לאיש אשר בתוכה רצה אביו או אחיו או אחד מן הקרובים ראשון לגאל הרשות בידו ושל שני אין שומעין לו לא ימכור ברחוק ויגאל בקרוב ברע ויגאל ביפה לא ילוה ויגאל לחצאין ובהקדש מותר בכולם זה חומר בהדיוט כבהקדש אמר רבי שמעון מפני מה בהדיוט לא דחק הכתוב שאם הגיע יובל ולא נגאלה יוצא הוא לבעלים ביובל מפני מה בהקדש דחק עליו הכתוב שאם הגיע ולא נגאלה חלוט היא שדה להקדיש.

נ אין אדם רשאי למכור שדה אחוזתו ולהניחה בפונדתו ליקח בהם בהמה ליקח בהם כלים ליקח בהם עבדים ולגדל בהם בהמה דקה אפילו לעשות בהם סחורה אלא אם כן יעני אם מכר הרי זה מכור אין אדם רשאי למכור את בתו ולהניחה בפונרתו וליקח בהם בהמה וליקח בהם כלים וליקח בהם עבדים ולגדל בהם בהמה דקה אפילו לעשות בה בהם סחורה אלא אם כן העני אם מכר הרי זה מוכר אין אדם רשאי למכור את עצמו ולהניח בפונדתו וליקח בהם בהמה וליקח בהם כלים וליקח בהם עבדים ולגדל בהם בהמה דקה ואפילו לעשות בהם סחורה אלא אם כן העני ואם מכר הרי זה מכור.

ד אמר רבי יוסי ברבי חנינא בא וראה כמה קשות אבקת של שבועות

novellarit, & annum ex eo comederit, ſi eum incultum reliquerit annum, computatur: R. Elieſer dicit: Aliquando ex eo comedit tres proventus biennio. Quomodo? Si reliquerit, aut exierit, & in eo fuerit proventus demetendus, & olivæ colligendæ, & uvæ vindemiandæ; non debet illi dicere: Relinque coram me plenum ſicut tibi reliqui plenum: Sed comedet ex eo annum; & poterit educere cannas, & palmites & ſycomoris, qui in illo ſunt reputantur ſicut fructus.

II. Arbor ſi cæſa, aut exſiccata fuerit, utrique erit interdicta. Quid faciet? Vendetur, & emet fundum, & comedet fructus: Si primo vendiderit mina, ſi primo & ſecundo vendiderit ducentis zuſis, non computabit niſi cum primo: Dictum eſt enim: *Et ille cui vendiderit*: Si vendiderit primo ducentis zuſis, & vendiderit primo & ſecundo mina, non computabit niſi cum noviſſimo: Dictum eſt enim: *Viro*. Viro qui in illo eſt. Si velit pater, aut frater, aut aliquis ex propinquis primus redimere, facere licebit, & de ſecundo non habetur ratio: Non vendet procul diſſitum ut redimat proximum, nec malum ut redimat bonum; nec ſumet mutuo, ut redimat, neque per dimidia redimet; at in ſanctitate hæc omnia permittuntur: In his gravior eſt conditio in privato, quam in ſancto: Dicit Rabi Simeon: Qua de cauſa? In privato non urget textus; ſi adveniat Jubilæus, & non redimat, cedit dominis in Jubilæo. Qua de cauſa? Quia in ſancto urget illum textus; etenim ſi advenerit Jubilæus, & non fuerit redemtus definitur ager pro ſancto.

III. Nemini licet vendere agrum poſſeſſionis ſuæ, ut reponat pretium in ſuo marſupio ut emat jumenta, & vaſa, & ſervos, ut nutriat beſtias minuas, ne quidem ut faciat mercaturam; at ſi pauper factus ſit, & vendiderit, ecce vendidit: Nemini licet vendere filiam, ut reponat pretium in marſupio, ut emat jumenta, & vaſa, & ſervos, atque ut nutriat beſtias minutas, ne quidem ut faciat mercaturam; niſi quando pauper factus ſit, & ſi vendiderit, ecce vendidit. Nemini licet vendere ſeipſum, ut reponat pretium in marſupio, ut emat jumenta, & vaſa, & ſervos, atque ut nutriat beſtias minutas, ne quidem ut faciat mercaturam; niſi quando pauper factus ſit; & ſi vendiderit, ecce vendidit.

IV. Dicit R. Joſe bar R. Chanina: Veni & vide, quam ſit detrimentoſus pul-

כיצד אדם עושה סלאכה בפירות עברה: התחיל מוכר במטלטלין שנאמר וכי תמכרו ממכר לעמיתך לא הרגיש התחיל מוכר שדה אחוזתו שנאמר כי ימוך אחיך ומכר מאחוזתו לא באת לידו עד שמכר את ביתו שנאמר ואיש כי ימכור בית מושב עיר חומה לא באת לידו עד שמכר את בתו שנאמר איש כי ימכור את בתו לאמה לא באת לידו עד שלוה ברבית שנאמר כי ימוך אחיך ומטה ידו ונאמר לא תקח מאתו נשך ותרבית לא באת לידו עד שמוכר את עצמו שנאמר כי ימוך אחיך עמך ונמכר לך ולך לך אלא לגר שנאמר ונמכר ולא לגר צדק אלא לגר תושב שנאמר ונמכר לגר תושב אלא לעבוד עבודה זרה שנאמר או לעקר משפחת גר נעשה כומר לעבודה זרה.

ה המקדיש בית בבתי ערי חומה הרי זה גואל מיד וגואל לעולם לא גאלו צמת להקדש המוכר בית בבתי ערי חומה הרי זה גואל מיד והולך כל שנים עשר חדש לא גאלו כל שנים עשר חדש צמת ללוקח מכרה לראשון ועמד הראשון ומכרה לשני הרי זה גואל מיד גואל והולך כל שנים עשר חדש לא גאלו כל שנים עשר חדש צמת לשני.

ו המקדיש בית בבתי חצרים הרי זה גואל מיד גואל והולך לעולם גאלה אחר יוצא לבעלים ביובל המוכר בית בבתי חצרים הרי זה גואל מיד גואל והולך לעולם שאם הגיע יובל ולא גאלה יוצא לבעלים ביובל בתי חצרים אף על פי שיש להם חומת גג אינו כבתי ערי חומה עיר שנפלה חומתה כל המצוה הזאת נוהגת בה בנה בית חוצה לה נידון כבתי חצרים

pulvis (*quæstus*) anni ſeptimi. Quomodo? Homo facit opus fructibus tranſgreſſionis; incipit vendere bona ſua mobilia: Dictum eſt enim: *Quumque vendideritis venditionem populari tuo*. Non animadvertit; incipit vendere agrum poſſeſſionis ſuæ: Dictum eſt enim: *Quumque depauperatus fuerit frater tuus, vendideritque de poſſeſſione ſua:* Nondum pervenit in ſuam manum, quum jam vendit domum ſuam: Dictum eſt enim: *Vir quum vendiderit domum habitationis ſuæ in civitate caſtellata*: Nondum pervenit pretium in ſuam manum, quum jam vendit filiam ſuam: Dictum eſt enim: *Vir quum vendiderit filiam ſuam in ancillam:* Nondum pervenit pretium in manum ſuam, quum fœnerat: Dictum eſt enim: *Quum depauperatus fuerit frater tuus, & declinaverit manus ejus &c.* Pariterque dictum eſt: *Non accipies ab eo lucrum, & anteceſſum:* Nondum pervenit in manum ſuam, quum ſe vendit: Dictum eſt enim: *Quumque depauperatus fuerit frater tuus, & vendiderit ſe tibi:* Non tibi, ſed peregrino: Dictum eſt enim: *Et vendiderit ſe:* Non proſelyto juſtitiæ, ſed proſelyto inquilino: Dictum eſt enim: *Et vendiderit ſe:* Non proſelyto inquilino, ſed Idololatræ: Dictum eſt enim: *Aut ſtirpi familiæ peregrini;* Fit ſacrificulus Idololatriæ.

V. Si quis ſanctificet domum in domibus urbium muro cinctarum ſtatim poterit redimere, & poterit redimere ad quinquageſimum annum. Si non redimat, definitur ſancto. Si vendat domum in domibus urbium muro cinctarum, ſtatim redimat, & poteſt redimere omnes duodecim menſes; ſi non redimat omnes duodecim menſes, definitur emtori; ſi vendat primo, & ſurgens primus vendat ſecundo, ecce redimet ſtatim, & poteſt redimere omnes duodecim menſes, & ſi non redimat omnes duodecim menſes, definitur ſecundo.

VI. Si ſanctificet domum in domibus villarum, redimat ſtatim, & poterit redimere ad quinquageſimum annum, ſi redimat alius, revertitur ad dominos in Jubilæo: Si vendat domum in domibus villarum, redimat ſtatim, & poterit redimere ad quinquageſimum annum; ſi advenerit Jubilæus, & non redemerit, revertitur ad dominos in Jubilæo; Domus villarum, licet fuerint illis mænia & tectum, non reputantur ſicut urbes mænibus circumdatæ. Si urbis mænia ceciderint, hæc omnia præcepta in ea obſervantur: Si ædificet domum extra illa, non conſideratur ſicut do-

בתי ערי חומה וחוצה לארץ הכל הולך
אחר העוקר ירושלם וערי מקלט ומעשר
שני הכל הולך אחר הנוף הבורגנין והמגדל
והשובך שבתוכה הרי הם כבתי ערי חומה
והדירייס והגנות והפרדסות שבתוכה רבי
מאיר אומר הרי הם כבתי ערי חומה
וחכמים אומרים הרי הם כשרות.

ז בית בנוי בחומה רבי יהודה
אומר כאילו הוא בחוץ רבי שמעון אומר
כאילו הוא בפנים בתי בית דין שפתחיהם
לפנים והחלל לחוץ והחלל לפנים בית
שמאי אומרים אין פודין בהם מעשר שני
כאילו הם בפנים אין אוכלים בהם קדשים
קלים כאלו הם בחוץ בית הלל אומרים
מכנגד החומה ולפנים כלפנים מכנגד
החומה ולחוץ כלחוץ אמר רבי יוסי זו
משנת רבי עקיבא משנה הראשונה בית
שמאי אומרים אין פודין בהם מעשר שני
כאלו הם בחוץ ואין אוכלים בהם קדשים
קלים כאלו הם בפנים בית הלל אומרים
בלשכות את שפתחה לפנים כלפנים
את שפתחה לחוץ כלחוץ.

ח אמר רבי ישמעאל ברבי יוסי
וכי אין לנו מוקפות חומה אלא אלו בלבד
הרי הוא אומר ששים עיר כל חבל ארגוב
ונומר כל אלה ערים בצורות חומה
גבוהה ונומר אלא כיון שגלו ישראל לבבל
בטלה בהם מצות ערי חומה וכשעלו מן
הגולה מצאו אלו שמוקפות חומה מימות
יהושע בן נון וקדשום ולא אלו בלבד לא
כל שתבא לך במסורת שמוקפות חומה
מימות יהושע בן נון כל המצוה הזאת
נוהגת בה ושקדשום מכאן ואילך כל
המצוה הזאת נוהגת בה.

ט חומר בבתי ערי חומה שאין
בשדה אחוזה ובשדה אחוזה שאין בבתי
ערי חומה שבתי ערי חומה אין יוצאים
ביובל אם לא גאלה כל שנים עשר הדש

domus villarum: In urbibus mænibus circumdatis, & extra terram, cuncta incedunt post fundamentum: In Hierusalem, & in urbibus refugii, & in decima secunda cuncta incedunt post ramum. Taguria, & turris, & columbarium, quæ in illa sunt, reputantur sicut domus urbium mænibus cinctarum, & caulæ, & horti, & viridaria, quæ sunt in illa, R. Meir dicit, reputantur sicut domus urbium mænibus cinctarum; & sapientes dicunt: reputantur sicut agri.

VII. Domus ædificata in mænibus, R. Jehuda dicit, reputatur sicut foris ædificata. R. Simeon dicit, reputatur sicut intus ædificata. Si Synhedrio sint portæ intus, & vacuum foris, & vacuum intus, & portæ foris, schola Schammai dicit, non redimunt in illo decimam secundam, quia reputantur perinde ac sint intus: non comedunt in illis sanctitates leves, quia reputantur, perinde ac sint foris; schola Hillel dicit; Quod est contra murum ad interiorem partem, reputatur sicut interius, quod est contra murum ad exteriorem partem, reputatur sicut exterius. Dicit R. Jose: Hæc traditio R. Akiba est prima traditio. Schola Schammai dicit: Non redimunt in illis decimam secundam, quasi fuerint sitæ foris, neque in iis comedunt sanctitates leves, perinde ac sitæ sint intus: Schola Hillel dicit: Conclavia, quibus sit porta intus, sicut interiora reputantur, quibus sit porta foris, sicut exteriora reputantur.

VIII. Dicit R. Ismael bar R. Jose: Num nobis non sunt urbes muro circundatæ nisi istæ duntaxat? Atqui dictum est: *Sexaginta urbes omnem portionem Argob &c. Omnes istæ erant urbes castellatæ, turribus altis &c.* At postquam Israelitæ exularunt Babylonem, abolitum est ab illis præceptum urbium mænibus circumdatarum; & quando adscenderunt de captivitate, invenerunt istas, quæ erant mænibus circundatæ a diebus Josuæ filii Nun, easque sanctificarunt; & non solum in istis, sed etiam illis, de quibus esset traditio, quod mænibus circundatæ essent a diebus Josue filii Nun, observabuntur hæc omnia præcepta urbium mænibus cinctarum; & in illis, quas sanctificarunt hinc & ulterius, hæc omnia præcepta observabuntur.

IX. Gravior est conditio in urbibus mænibus cinctis, quam in agro possessionis, & in agro possessionis quam in urbibus mænibus cinctis; etenim domus urbium muro cinctarum non egredientur in Jubilæo: si non redemisset cun-

צמות ללוקח מה שאין כן בשדה אחוזה שהמקדיש שדה אחוזתו שלא בשעת היובל אין מותר לינאל פחות משתי שנים יוצאין ביובל ובגרעון מה שאין כן בבתי ערי חומה.


י אין עושין שדה מגרש ולא מגרש שדה מגרש עיר ולא עיר מגרש רבי אליעזר אומר במה דברים אמורים בערי הלוים אבל בערי ישראל עושין שדה מגרש ומגרש שדה עיר ולא עיר מגרש כדי שלא יחריבו את ערי ישראל [לא יסתיק אדם את ביתו לעשותו גנה לא יטע אדם את חורבתו גנה מפני שהוא כמחרים את ארץ ישראל רבן שמעון בן גמליאל אומר נוטע אדם את חורבתו גנה שכך היא יישובה רבי אליעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר אלפים אמה תחום ערי הלוים צא מהם אלף אמה מגרש נמצא מגרש והשאר שדות וכרמים.

cunctis duodecim mensibus, definiebantur emtori, quod non observabatur in agro possessionis; etenim si sanctificasset agrum possessionis extra Jubilæum, non permittebatur redimere ante biennium: egrediebantur in Jubilæo cum diminutione, quod non observabatur in domibus urbium muro cinctarum.

X. Non faciunt agrum suburbium, neque suburbium agrum, neque suburbium urbem, neque urbem suburbium; R. Eliesér dicit: De quo hæc dicta sunt? De urbibus Levitarum; At in urbibus Israelitarum faciunt agrum suburbium, & suburbium agrum, suburbium urbem, at non urbem suburbium, ne desolentur urbes Israelitarum: Nemo diruet suam domum, ut ex ea faciat hortum; non plantabit locum dirutum in hortum, quia reputatur perinde ac diruat terram Israel. Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Licet plantare locum dirutum in hortum, quia sic habitabitur; R. Eliesér ben R. Jose Galilæi dicit: Duo millia cubitorum erant terminus urbium Levitarum: Remove ex iis mille cubitos ex suburbio; deprehendetur suburbium, & reliquum esse agri, & vineæ.



TRA-



TRACTATUS MISNICUS

De Sacrificio Jugi

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Notis Philologicis illustratus.

פרק ראשון

בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקדש בבית אבטינס ובבית הניצוץ ובבית המוקד בבית אבטינס ובבית הנצוץ היו עליות והרובים שומרים שם בית המוקד כיפה ובית גרול היה מוקף רובדין של אבן וזקני בית אב ישנים שם ומפתחות העזרה בידם ופרחי כהונה איש כסותו בארץ לא היו ישנים בבגדי קדש אלא פושטין ומקפלין ומניחים אותם תחת ראשיהם ומתכסין בכסות עצמם אירע קרי לאחד מהם יוצא והולך לו במסיבה ההולכת תחת הבירה והנרות דולקים מכאן ומכאן עד שהוא מגיע לבית הטבילה ומדורה היתה שם ובית כסא של כבוד וזה היה כבודו מצאו געול יודע שיש שם אדם פתוח

CAPUT PRIMUM.

(1) IN tribus locis sacerdotes custodias agebant, in domo Sanctuarii, (2) in domo Abtines, (3) in domo Nitzotz, & in domo foci: In domo Abtines, & Nitzotz erant cœnacula, ubi juvenes custodias agebant; (4) domus erat concamerata, & erat domus magna circundata stratis lapideis, ubi seniores domus patris dormiebant, & claves atrii erant in manibus eorum, (5) & juvenes sacerdotii unusquisque habebat tegumentum suum in terra; non dormiebant in vestibus sanctus, sed illas exuentes, duplicatas supponebant capitibus suis, & suis tegumentis se tegebant: (6) Si accideret alicui ex iis seminis fluxus egrediebatur, & incedebat per circuitum, qui ducebat eum (7) sub Biram, lucernis hinc inde accensis, donec perveniret ad domum lotionis, ubi ignis erat, & locus secretus honoris; hic autem honor ejus fuit, ut quando inveniebat clausum, sciverit aliquem ibi esse, quando aper-

יורע שאין שם אדם ירד וטבל עלה ונסתפג ונתחמם כנגד המדורה בא וישב אצל אחיו הכהנים עד שהשערים נפתחים יוצא והולך לו · מי שהוא רוצה לתרום את המזבח משכים וטובל עד שלא יבא הממונה וכי באיזו שעה הממונה בא לא כל העתים שוות פעמים שהוא בא מקריאת הגבר או סמוך לו מלפניו או מלאחריו הממונה בא ודופק עליהם והם פתחו לו אמר להם מי שטבל יבא ויפיס הפיסו זכה מי שזכה. נטל את המפתח ופתח את הפשפש ונכנס מבית המוקד לעזרה ונכנסו אחריו הכהנים ושתי אבוקות של אור בידם ונחלקו, לשתי כיתות אלו הולכין באכסדרה דרך המזרח ואלו הולכין באכסדרה דרך מערב היו בודקין והולכין עד שמגיעים למקום בית עושי חביתין הגיעו אלו ואלו אמרו שלום הכל שלום העמידו עושי חביתין לעשות חביתין. מי שזכה לתרום את המזבח הוא יתרום את המזבח והם אמרו לו הזהר שמא תגיע בכלי עד שתקדש ידיך ורגליך מן הכיור והרי המחתה נתונה במקצוע בין הכבש למזבח במערבו של כבש אין אדם נכנס עמו ולא נר בידו אלא מהלך לאור המערכה לא היו רואין אותו ולא שומעים את קולו עד ששומעים קול העץ שעשה בן קטין לכיור והם אומרים הגיע עת קידוש ידיו ורגליו מן הכיור נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה מן המאוכלות הפנימיות וירד הגיע לרצפה הפך פניו לצפון והלך למזרחו של כבש בשנים עשר אמות צבר את הגחלים על גבי הרצפה רחוק מן הכבש שלשה טפחים מקום שנותנים מוראת העוף ודישון מזבח הפנימי והמנורה.

apertum, norat, quod nullus esset, descendebat, lavabat se, adscendebat, & abstergebatur, calefaciebat se ante ignem; accedens sedebat apud fratres suos sacerdotes, donec portæ aperirentur, tunc egressus abibat: (8) Qui volebat decinerare altare, surgebat mane, & se lavabat, antequam (9) venisset præfectus: Sed qua hora veniebat præfectus? Non semper eadem hora; aliquando veniebat ad galli cantum, aut parum ante, vel post eum; Cum accederet præfectus, pulsabat ad eos; & illi aperiebant ipsi; Dicebat illis; Qui se lavit, accedat, & sortiatur; sortiebantur; & dignus habebatur, qui dignus habebatur. Sumebat clavem, & aperiebat ostium, (10) & ex domo foci intrabat atrium, & ingrediebantur post eum sacerdotes, in quorum manibus erant duæ faces accensæ, & dividebantur in duas turmas; hi incedebant per porticum orientem versus, & illi incedebant per porticum occidentem versus, explorantes incedebant, donec pervenirent ad domum facientium sartagines, cum accessissent hi & illi dicebant; pax, & omnia pax; statuebant, qui faciebant sartagines, ut facerent sartagines: Qui dignus habebatur ad decinerandum altare, decinerabat altare; & illi ipsi dicebant; caveto ne forte attingas vas, donec sanctifices manus, & pedes tuos ex labro; & ecce thuribulum positum erat in angulo inter collem, & altare in occidente collis; nemo cum illo ingrediebatur; non erat lucerna in ejus manu, sed incedebat ad lumen struis; non videbant eum, neque audiebant vocem ejus, donec audirent sonitum machinæ ligneæ, quam labro fecerat (11) ben Katin; & illi dicebant: Advenit tempus sanctificationis manuum & pedum ex labro: (12) Sumebat thuribulum argenteum, & adscendebat in summitatem altaris, & agitabat prunas hinc inde, sumebat (13) ex interioribus consumtis, & descendens perveniebat ad pavimentum, convertebat faciem suam ad aquilonem, & incedebat ad orientem collis duodecim cubitos; coacervabat prunas super pavimento procul a colle tres palmos, ubi ponebant ingluviem volucris, (14) & cinerem altaris interioris & candelabri.

NOTÆ IN CAPUT PRIMUM.

(1) IN tribus locis &c. *Middoth* I. I. In tribus locis sacerdotes custodias agebant in domo sanctuarii, in domo Abtines, in domo Nitzotz, & in domo foci: Judæi interpretes probant ex *Num.* III. 38. שומרים משמרת למשמרת.

(2) In domo Abtines &c. In hoc loco componebatur suffitus, qui mane & vesperi adolebatur in altari aureo: Familia Abtines docta erat in componendo suffitu: Tosaphta *Joma* II. 5. Familia domus Abtines perita erat in compositione suffitus, & in herba fumum adscendere faciente, & noluerunt docere; miserunt sapientes, & conduxerunt opifices Alexandria Ægypti, qui componebant sicut ipsi, at non erant periti in herba fumum adscendere faciente. Suffitus domus Abtines instar columnæ adscendebat usque ad contignationem, & diffundebatur, & deorsum descendebat: At suffitus Alexandrinorum statim dispergebatur. Quando hoc cognoverunt sapientes, dixerunt; Non creavit Deus mundum nisi in gloriam suam: Dictum est enim: *Omnia operatus est Dominus propter seipsum*. Miserunt ad eos sapientes, at non venerunt, nisi postquam duplicarunt eorum mercedem: Duodecim minas singulis diebus accipiebant, at postquam redierunt, quatuor & viginti acceperunt; verba Rabi Meir; R. Jehuda dicit: Quatuor & viginti singulis diebus accipiebant; at postquam redierunt, octo & quadraginta acceperunt: Dixerunt eis sapientes: Quid vidistis, ut nolueritis docere? Responderunt eis: Sciebat domus patris nostri, quod domus sanctuarii foret diruenda; idcirco voluerunt docere, ne componerent suffitum coram Idololatria sicut componunt coram Deo. Et hac de causa memorarunt ipsos in laudem, quod nunquam ex iis egressa sit mulier, quæ oleret: & præterea quando despondebant mulieres ex alio loco, paciscebantur cum iis ne olerent; ne Israelitæ dicerent: Ex compositione suffitus olent: Ad confirmandum quod dictum est: *Et sitis puri coram Deo & Israel*. Dicit R. Akiba: Dixit mihi Simeon ben Luga: Ego & puer quidam de posteris domus Abtines colligebamus herbas in agro; eumque vidi ridentem, & flentem: Illi dixi: Cur flevisti? Respondit: Quia gloria patris nostri transmigravit: Cur risisti? Respondit: Quia tandem Deus S. B. lætificaturus est filios Israel: Illi dixi: Quid vidisti? Respondit: Herbam fumum adscendere facientem in meo conspectu: Ei dixi: Ostende mihi: Respondit mihi: Juramentum est in manibus nostris, ut nemini ostendamus: Dicit R. Jochanan ben Nuri: Aliquando incedens per viam, offendi senem quendam, qui mihi dixit: De familia Abtines ego sum: In principio quando domus patris nostri erat modesta, tradebant volumina sua alter alteri: Nunc ecce tibi volumen hoc, & præmonearis, quod sit volumen aromatum: Et quando veni, & exposui verba coram R. Akiba, dixit mihi: Nunc interdictum est loqui in eorum ignominiam. Hinc dixit ben Azai: *De bonis tuis dabunt tibi, nomine tuo vocabunt te, in loco tuo facient te consistere*. Non est oblivio coram Deo in eo quod paratum est socio suo: In conclavi Abtines adjurabatur summus sacerdos vespera diei expiationum: *Babyl. Joma* 18. 2. Tradebant eum seniores Synhedrii senioribus sacerdotii, qui faciebant eum adscendere in domum Abtines, eumque adjurabant &c. Dicit R. Papa: Duo erant conclavia summo sacerdoti, alterum conclave Parhedrin, & alterum conclave domus Abtines, alterum in austro, & alterum in aquilone.

(3) In domo Nitzotz &c. *Middoth* I. 7. Ad aquilonem erat porta Nitzotz, instar exedræ erat; super quam ædificatum erat cœnaculum, ubi sacerdotes in superiori parte custodias agebant, Levitæ vero in inferiori: Et porta erat illi ad spatium intermurale.

(4) Domus foci &c. *Middoth* ibid. Domus foci erat concamerata, & magna, & stratis lapideis circumdata, ubi seniores domus patris dormiebant, & atrii magni claves in manibus suis habebant.

(5) Et juvenes &c. *Middoth* ibid. Et juvenes sacerdotii, unusquisque habebat tegumentum suum in terra.

(6) Si accideret &c. *Middoth* ibid. Si casus nocturnus alicui ipsorum obtingeret, egrediens incedebat per porticum, quæ deducebatur sub Bira; facesque hinc inde ardebant donec perveniret ad balneum. R. Elieser ben Jacob dicit: Per porticum, quæ sub intermurali permeat, egrediens ibat ad portam Tedi.

(7) Sub Biram &c. *Babyl. Joma* 2. Quid est Bira? Dicit Raba bar bar Channa; dicit R. Jochanan: Locus erat in monte domus, qui vocabatur Bira: At R. Levi dicit: Totum sanctuarium vocabatur Bira: Dictum est enim: *Ædem, cujus impensas paravi*.

(8) Qui volebat &c. Olim altare sine sortitione decinerabatur: *Gemara Hierosolymitana Jomæ* cap. II. R. Mena quæsivit: Cur non statuerunt sortem decinerationi? Veni & vide. Mactatio erat legitima per alienum, & tu dicis in ea fuisse sortitionem? Decineratio erat interdicta alieno, & tu dicis in ea non fuisse sortitionem? *Gemara Babyl. Joma* 22. Et hoc a principio: Qua de causa non statuerunt illi sapientes sortitionem a principio? Quoniam ministerium nocturnum erat, non æstimabatur, neque veniebant; postquam viderunt, quod venirent, & venirent in periculum, statuerunt illi sortitionem. *Gemara Tamid*. Ecce hæc est oppositio: Dicis: Omnis qui vult decinerare: Ergo ex sorte non pendet: Atqui iterum extat traditio. Accedat, & sortiatur: Ergo a sorte res pendet: Dicit Abaje: Non est oppositio: Hic ante institutionem, & ibi post institutionem.

(9) Præfectus &c. איש הר הבית vir montis domus, & præfectus omnibus custodum excubiis vocabatur.

(10) Et ex domo foci &c. *Joma* ibid. Duæ erant portæ domui foci; una aperta versus spatium intermurale, altera quæ atrium respiciebat: Dicit R. Jehuda: Quæ aperta erat in atrium, erat illi ostiolum parvum, per quod ingrediebantur ad lustrandum atrium.

(11) Ben Katin &c. Ben Katin, ita vocabatur pontifex maximus, qui: מוכני fecit pro labro, cujus ope aquam haurire poterant e puteo labri, quando quis accederet ad lavandum, ne aqua pernoctando pollueretur; nam quicquid in vase ministerii consecratum est, pernoctando polluitur, & dum labrum demissum erat in puteum, ea non polluebatur. Ita *Bartenora* ad h. l. *Gemara Hierosol. Joma* cap. II. Dicit R. Jochanan: Decineratio erat principium ministerii temporis matutini, & debebat sanctificare manus & pedes ex labro, quod immersum esset in aquas. *Joma* cap. III. Ben Katin fecit duodecim epistomia labro, cui antea non erant nisi duo; fecit etiam machinam labro, ne ejus aquæ noctu profanarentur: *Babyl. Joma* 37. Quid מוכני? Rota, quæ immergebat.

(12) Sumebat thuribulum &c. *Joma* III. 3. Arripuit thuribulum, atque adscendebat in verticem altaris, & scalpebat prunas hinc inde, & sumebat de interioribus consumtis, & descendebat.

(13) Ex interioribus consumtis &c. *Hierosol. Joma* cap. III. *Et decinerabit*: Non decinerabit, nisi fuerint reliquiæ: *Quod absumserit ignis*: Non est absumtio nisi in quantitate olivæ: Si fuerit in toto quantitas olivæ ad auferendum, pugillare tu non potes, quia non est in eo quantitas olivæ: Ad auferendum totum, tu non potes, quia non sunt hoc loco reliquiæ: *Et decinerabit, quod absumserit ignis*: Crederem ligna? Idcirco dictum est: *Holocaustum*: Si holocaustum, crederem membra holocausti? Idcirco dictum est: *Quod aasumserit ignis*. Quomodo? Sumebat ex interioribus consmtis, & descendebat.

(14) Et cinerem &c. *Hierosol. Joma* cap. II. *Et projiciet illum prope altare ad orientem in locum cineris*: Non erat necesse: Si ad statuendum illi locum; jam scriptum est: *Prope altare*: Si ad te docendum, reponendum fuisse in oriente collis: Jam scriptum est: *Ad orientem*. Ipse quoque exponit: *Prope altare, prope altare*: Sicut hoc loco in oriente collis, ita pariter ibi in oriente collis.

CA-

פרק שני

ראוהו אחיו שירד והם רצו ובאו מהרו וקדשו ידיהם ורגליהם מן הכיור נטלו את המגריפות ואת הצינורות ועלו לראש המזבח האברין והפדרים שלא נתאכלו מבערב סונקין אותם לצדדי המזבח אם אין הצדדין מחזיקין סודרין אותם בסובב על הכבש . החלו מעלין באפר על גב התפוח ותפוח היה באמצר המזבח פעמים שהיו עליו כשלש מאות כור וברגלים לא היו מדשנין אותם מפני שהוא נוי למזבח ומימיו לא נתעצל הכהן מלהוציא את הדשן . החלו מעלים בנזרין לסדר את המערכה וכי כל העצים כשרים למערכה הן כל העצים כשרים למערכה חוץ משל גפן ושל זית אבל באלו היו רגילין במורביות של תאנה של אגוז ושל עץ שמן . סדר המערכה גדולה מזרחה וחזיתה מזרחה וראשי הגזרין הפנימיים היו נוגעים בתפוח וריוח היה בין הגזרין שהיו מציתין את האליתא משם . בררו משם עצי תאנה יפין לסדר המערכה שניה לקטורת מכנגד קרן מערבית דרומית משוך מן הקרן כלפי צפון ארבע אמות בעומד חמש סאים גחלים ובשבת בעומד שמונה סאים גחלים ששם היו נותנים שני בזיכי לבונה של לחם הפנים האיברים והפדרים שלא נתאכלו מבערב מחזירין אותן למערכה הציתו שתי המערכות באש וירדו ובאו להם ללשכת הגזית.

CAPUT II.

Quando viderunt fratres ejus sacerdotes, quod descendisset, accurrebant & illi, & veniebant, properabant, & (1) sanctificabant manus & pedes suos ex labro; sumebant everricula, & fuscinas, & adscendentes verticem altaris (2), membra & adipes, quæ nondum consumta essent a vespera, removebant ad latera altaris, si latera non caperent, disponebant ea circa collem. Incipiebant colligere cinerem (3) in cumulum; Cumulus erat in medio altaris; aliquando in eo erant trecentæ mensuræ Cor, & in diebus festis non decinerabant, quia erat ornatus altari; & (4) ab eo tempore sacerdos non erat negligens in educendo cinere. Incipiebant adferre ligna ad disponendum struem: Num cuncta ligna erant legitima pro strue? Cuncta ligna erant legitima pro strue exceptis lignis vitis, & oleæ, sed ex illis solent uti ramis ficus, nucis, & arboris oleaginosæ. (5) Disponebat (6) struem magnam (7) orientem versus, faciemque ejus ad ortum, & summitates segmentorum interiorum attingebant cumulum, & spatium erat inter segmenta, quia inde segmenta tenuia incendebant. (8) Sumebant inde ligna ficulnea, quæ apta essent componendæ (9) strui secundæ pro suffitu e regione cornu occidentalis australis, & patebat a cornu versus aquilonem quatuor cubitos, prout conjectura erat quinque sata singulis diebus, & in Sabbatho juxta æstimationem octo sata prunarum, quia illic deponebant duas acerras thuris panis facierum: membra, & adipes, qui non absumti essent a vespera, restituebant in struem; & incendebant duas strues igne, & descendentes veniebant in conclave Gazith.

NOTÆ IN CAPUT SECUNDUM.

(1) ET ſanctificabant &c. *Toſaphtha Joma* 11. Sacerdotes ſi non laviſſent, neque ſanctificaſſent manus & pedes, & ſimiliter ſummus ſacerdos ſi non laviſſet, neque ſanctificaſſet manus & pedes inter miniſterium, & miniſterium, & inter veſtes & veſtes, & miniſtraſſent, eorum miniſterium erat legitimum: At ſacerdotes ſi non laviſſent, neque ſanctificaſſent manus & pedes, & ſimiliter ſummus ſacerdos ſi non laviſſet, neque ſanctificaſſet manus & pedes ex labro, ejus miniſterium erat illegitimum: Tam ſummus ſacerdos quam ſacerdos vulgaris ſi mane miniſtraſſent, & non laviſſent manus, & pedes, rei erant mortis: Dictum eſt enim: *Quando ingredientur in tentorium conventus &c.* Si ſtans miniſtret tota nocte, debet ſanctificare manus & pedes: Rabi dicit: Pernoctatio profanat ſanctificationem manuum & pedum: R. Elieſer bar R. Simeonis dicit: Vel ſi fuerit occupatus in miniſterio toto ſeptiduo, pernoctatio non profanat ſanctificationem manuum, & pedum.

(2) Membra, & adipes &c. *Babyl. Joma* 45. 1. Et Rabi Meir, membra, & adipes, quæ nondum conſumta eſſent a veſpera, unde probat? Probat ex eo quod dictum eſt: *Et ignis*. At ſapientes vau non exponunt; Et ſapientes de membris, & adipibus quæ nondum a veſpera abſumta eſſent, quid docent? Ut reſtituantur in ſtruem magnam: Etenim extat traditio: Unde probatur, membra & adipes, quæ nondum abſumta eſſent a veſpera, diſponenda fuiſſe ſuper altare, & ſi ea non capiat altare, ſuper collem, aut ſuper ambitum, donec perficiatur ſtrues magna, fuiſſe diſponenda? Ex eo quod dictum eſt: *Quod abſumſerit ignis holocauſtum ſuper altare*: & Rabi Meir dicit: Partes abſumtas holocauſti tu reſtitues, at non reſtitues partes abſumtas ſuffitus: Etenim extat traditio: R. Chananjah bar Moniomi bar Rabi Elieſer ben Jacob: *Quod abſumſerit ignis, holocauſtum ſuper altare*: Partes abſumtas holocauſti tu reſtitues, at non reſtitues partes abſumtas ſuffitus.

(3) In cumulum &c. *Mechiltha* 9. Et reliquum cinerem, qui erat ſuper altare, colligebant ſuper altare; & erat ſimilis colli; & ſapientes in Miſna vocant cumulum, quia erat cumulus ſuper altare inſtar collis excelſi.

(4) Ab illo tempore &c. *Mechiltha* ibid. Et legimus: Ab eo tempore non erat negligens ſacerdos in educendo cinere; Educebant illum extra caſtra.

(5) Diſponebant &c. Ordo miniſterii quotidiani ſic deſcribitur *Babyl. Joma* 33. Et juxta mentem Aba Saul: Strues magna antecedebat ſtruem ſecundam ſuffitus, & ſtrues ſecunda ſuffitus antecedebat diſpoſitionem duorum ligni ſegmentorum, & diſpoſitio duorum ligni ſegmentorum antecedebat decinerationem altaris interioris, & decineratio altaris interioris antecedebat concinnationem quinque lucernarum, & concinnatio quinque lucernarum antecedebat ſanguinem ſacrificii jugis, & ſanguis ſacrificii jugis antecedebat concinnationem duarum lucernarum, & concinnatio duarum lucernarum antecedebat adolitionem ſuffitus, & adolitio ſuffitus antecedebat membra, & membra munus, & munus ſartagines, & ſartagines libamina, & libamina ſacrificia addititia, & ſacrificia addititia acerras, & acerræ ſacrificium juge. Dictum eſt enim: *Et adolebit ſuper illo adipes pacificorum: Super illo* abſolvet cunctas oblationes. Dicit Mor: Strues magna antecedebat ſtruem ſecundam ſuffitus; unde probatur? Ex eo quod extat traditio: *Illud holocauſtum ſuper incendio ſuper altare tota nocte*: Hæc eſt ſtrues magna: *Et ignis altaris accendetur in eo*. Hæc eſt ſtrues ſecunda ſuffitus; Contra ego puto, quod ſtrues magna ſit præſtantior, quia multiplicior eſt ejus expiatio; Contra ſtrues ſecunda erit præſtantior, eo quod ex ea inferant in locum interiorem; Licet ita ſit, illa, cujus multiplicior ſit expiatio, erit præſtantior; & ſi velis, dicam; ſi non deprehendantur ligna pro ſtrue ſecunda; unde inferentur? Ex ſtrue magna; Quod ſtrues ſecunda ſuffitus antecedat diſpoſitionem duorum ligni ſegmentorum, unde probatur? Ex eo quod ſcriptum eſt: *Et accendet ſuper ea ſacerdos ligna mane mane*: Super ea; non ſuper altera; Conſequitur quod eſſet altera; & τὸ *ſuper ea* per ſe requiritur: Bis *ſuper ea* ſcriptum eſt: Diſpoſitio duorum ligni ſegmentorum antecedit decinerationem altaris interioris; licet hic ſcriptum eſt: *mane mane*, & ibi *mane mane*, diſponens præcedit? Quodnam erat diſponens? Duo ligni ſegmenta: Et ecce dicit: Duo ligni ſegmenta in ſtruem magnam adducuntur: Dicit R. Hieremias: Poſitio lignorum: Rabina dicit; Quoniam incepit in ſtrue, abſolvet: R. Aſſe dicit: Si non inveniantur ligna pro ſtrue ſecunda, unde inducentur? Ex ſtrue magna: & decineratio altaris interioris antecedit concinnationem quinque lucernarum; Qua de cauſa? Dicit Abaje. Conſtat ex traditione; ex conjectura non percipitur: Et Raba dicit juxta mentem Riſch Lakiſch; Etenim dicit Riſch Lakiſch: Non commiſcentur præcepta: Num ingredienti in templum primo occurrit? Etenim extat traditio: Menſa ſita erat in aquilone protracta ab pariete duos cubitos cum dimidio; & candelabrum in auſtro protractum ab pariete duos cubitos dimidio, altare erat intermedium, in medio poſitum, paulo protractum verſus partem exteriorem, & ſitum inter ea; quoniam ſcriptum eſt: *Et candelabrum e regione menſæ*; Neceſſe eſt, ut inter ſe mutuo reſpicerent. Dicit Raba: Eruitur ex mente Riſch Lakiſch: Si quis prætereat Thephilin brachii, ut induat Thephilin capitis; eſt vetitum: Quomodo faciet? Induet Thephilin brachii, & deinde Thephilin capitis: Concinnatio quinque lucernarum antecedit ſanguinem ſacrificii jugis, & ſanguis ſacrificii jugis antecedit concinnationem duarum lucernarum: qua de cauſa? Dicit Abaje: τὸ *mane mane* duorum ligni ſegmentorum non eſt neceſſe: ſic explicemus, alterum explicetur pro concinnatione quinque lucernarum, quæ antecedet ſanguinem ſacrificii jugis, & alterum pro ſanguine ſacrificii jugis, qui antecedit concinnationem duarum lucernarum. Hic ter, & ibi bis *mane* memoratur, alterum explicetur pro ſanguine ſacrificii jugis, qui antecedit concinnationem duarum lucernarum; Licet hic bis, & ibi bis mane memoretur, tamen expians præſtabit: Dixit Rabi Papa τῷ Abaje: Et dicam; Alterum explicetur pro decineratione altaris interioris, qui antecedit ſanguinem ſacrificii jugis; Hic ter, & ibi bis *mane* memoratur; Alterum explicetur pro ſanguine ſacrificii jugis, qui antecedit concinnationem duarum lucernarum; licet hic bis, & ibi bis mane memoretur, tamen expians præſtabit; Si ita eſt, interrumpet; ubi interrumpet? Concedatur juxta mentem Riſch Lakiſch, qui dicit: Cur concinnant, atque iterum concinnant? Ut perſonet totum atricum: Recte: At juxta mentem R. Jochanan qui dicit: *Mane*, *mane*: Dividatur in duo tempora matutina: Quid erit dicendum? Dixit Rabina τῷ Rabi Aſſe: τὸ *mane mane* lignorum num eſt ſuperfluum? Hoc per ſe requiritur; etenim dicit textus: Antecedant ſtruem ſecundam ſuffitus: Reſpondit illi: Nonne? Quomodo ſtatuetur: *Super ea* dictum eſt: Non ſuper altera: Conſequitur quod eſſet altera: Quid docet, ut fiat concinnatio quinque lucernarum in principio, an ut fiat concinnatio duarum lucernarum in principio? Quoniam incepit, concinnabimus majorem partem; concinnabimus ſex: Dicit textus: *Quando concinnabit lucernas, adolebit illum*: At lucernæ non ſunt pauciores duabus; & concinnatio duarum lucernarum antecedit ſuffitum: Dictum eſt enim: *Quando concinnabit lucernas*: Et poſtea: *Adolebit illum*. Et ſuffitus antecedit membra: Etenim extat traditio: Antecedat res, in qua dictum eſt *mane mane* rem

in

in qua non dictum est nisi semel *mane* duntaxat; & membra præcedunt munus; Unde probatur, quod antecedit sacrificium juge matutinum? Ex eo quod dictum est: *Et disponet super ea holocaustum.* Et dicit Raba: *Holocaustum illud:* Holocaustum in principio: Et munus antecedit sartagines: Holocaustum, & munus, sartagines antecedunt libamina: Munus & libamina antecedunt sacrificia addititia; sacrificium & libamina, & sacrificia addititia antecedunt acerras. Atqui extat traditio: Acerræ antecedunt sacrificia addititia: Duo sunt doctores: Dicit Abaje probabiliter juxta mentem illius qui dicit: Sacrificia addititia antecedunt acerras: Quid dicit? *Mane, mane:* Ad anticipandum: Hic quoque *in die in die*, ad postponendum: Quænam est ratio illius, qui dicit: Acerræ antecedunt sacrificia addititia? Docet ex eo quod dictum est: *Statutum, statutum* ex sartaginibus; Si inde docet, docere debebat de tota re; idcirco inservit *in die in die* ad postponendum.

(6) Struem magnam &c. *Hierosol. Joma c.* IV. Quænam est ratio R. Meir? *Et ignis super altare ardebit in eo; non extinguetur:* Hæc est strues ad conservandum ignem: *Et accendet in eo sacerdos:* Hæc est strues, quæ absumebat membra & adipes: *Et ordinabit super eo holocaustum:* Hæc est strues magna: *Et adolebit super eo adipes pacificorum.* Hæc est adolitio. At juxta mentem R. Jose non erat strues pro absumendis membris; & juxta mentem R. Jehuda, non erat strues pro conservando igne: Quomodo explicat R. Jehuda: *Ignis perpetuus?* Ignis, de quo dixi, sit perpetuus, & non sit nisi super altari exteriori: Dicit R. Eliezer: Pro membris & adipibus, quæ nondum a vespera consumta essent, faciebant pyram, & seorsim comburebat, & pro iis pellebat Sabbathum.

(7) Orientem versus &c. *Mechiltha* ibid. Disponebat struem magnam ad orientem, & ejus faciem ad ortum, summitates segmentorum interiorum attingebant cumulum, & spatium erat inter segmenta, quia inde accendebant ignem.

(8) Sumebant inde &c. *Mechiltha* ibid. Sumebant inde ligna ficulnea, quæ apta essent strui secundæ suffitus contra cornu occidentale australe.

(9) Strui secundæ &c. *Babyl. Joma* ibid. Omnes conveniunt, quod addant in die: Unde probant? Probant ex eo quod dictum est: *Et ignis:* Vel juxta sententiam illius, qui non exponit vau, vau, tamen exponit: *Ignis perpetuus.* Qua de causa adducitur? Requiritur juxta traditionem: *Ignis perpetuus ardebit super altare; non exstinguetur.* Docet de strue secunda suffitus, quod non statueretur nisi super altari exteriori; Ignis thuribuli, & candelabri unde probatur? Argumento: Memoratur ignis in suffitu, & memoratur ignis in thuribulo, & in candelabro, sicut ibi super altari exteriori, ita pariter hic super altari exteriori: Aut hoc modo: Memoratur ignis in suffitu, & memoratur ignis in thuribulo, & in candelabro; sicut ibi ex loco sibi proximo, ita pariter in thuribulo, & candelabro ex loco sibi proximo: Idcirco dictum est: *Ignis perpetuus ardebit super altare, non exstinguetur: Ignis perpetuus*, de quo tibi dixi, non erit nisi in vertice altaris exterioris.

פרק שלישי

אמר להם הממונה בואו והפיסו מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי מי מדשן את המנורה מי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות והחביתין הקרבים והסולת והיין הפיסו זכה מי שזכה. אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן השחיטה אם הגיע הרואה אומר ברקאי מתיא בן שמואל אומר האיר פני כל המזרה עד שהוא בחברון והוא אומר הן. אמר להם צאו והביאו טלה מלשכת הטלאים וחרי לשכת הטלאים היתה במקצוע צפונית מערבית וארבע לשכות היו שם אחת לשכת הטלאים ואחת לשכת החותמות ואחת לשכת בית המוקד ואחת לשכה שהיו עושין בה לחם הפנים. נכנסו ללשכת הכלים והוציאו משם תשעים ושלשה כלי כסף וכלי זהב השקו את התמיד בכוס של זהב אף על פי שהוא מבוקר מבערב מבקרין אותו לאור האבוקות מי שזכה בתמיד מושכו ותולך לבית המטבחיים ומי שזכו באיברין הולכין אחריו בית המטבחיים היה לצפונו של מזבח

CAPUT III.

Dicebat illis (1) præfectus, (2) venite & sortimini, (3) quis sit mactaturus, (4) quis sparsurus sanguinem, quis decineraturus altare interius; quis purgaturus lucernas, quis portaturus membra ad collem; (5) caput, & pedem, & duas manus, spinam dorsi, & pedem, pectus, & gulam; duas costas & intestina, similam & frixa, & vinum: sortiebantur, & dignus habebatur, qui dignus habebatur. Dicebat illis præfectus (6) exite, & videte, an instet tempus mactationis; si instaret, clamabat speculator; Coruscationes: Matthia bar Samuelis dicit: Illuminavit facies orientis usque ad Hebron? Respondebat: ita: Dicebat illis: Ite & adducite agnum ex conclavi in quo sunt agni; illud autem conclave (7) erat in angulo aquilonari occidentali: (8) Et quatuor illic erant conclavia, unum agnorum, (9) alterum sigillorum, conclave domus foci, & conclave in quo præparabant (10) panem facierum. Ingredientes conclave vasorum, educebant inde (11) tria & nonaginta vasa aurea & argentea; Potabant sacrificium juge poculo aureo; quamvis vesperi exploratum fuisset, perscrutabantur ipsum ad lucem candelarum; Qui designabatur ad sacrificium juge, attrahebat & adducebat in domum laniorum; at qui designabantur ad membra, incedebant post eum: domus laniorum erat ad aqui-

ועליו שמונה עמודים ננסין ורביעין של
ארז על נביהן ואונקליות של ברזל היו
קבועין בהם ושלשה סררים היה לכל אחד
ואחד שבהן תולין ומפשיטין ושלחנות של
שיש בין העמודים. מי שזכו ברישון מזבח
הפנימי והמנורה היו מקרימין וארבעה
כלים בידם הטני והכוז ושתי מפתחות
הטני דומה לתרקב נדול של זהב מחזיק
קבין וחצי והכוו דומה לקיתון נדול של
זהב זהב ושתי מפתחות אחד יורד לאמת
השחי ואחד פותח כיון . בא לו לפשפש
הצפוני ושני פשפשין היו לו לשער הגדול
אחד בצפון ואחד ברום שבדרום לא נכנס
בו אדם מעולם ועליו הוא מפורש על ידי
יחזקאל ויאמר: אלי יהוה השער הזה סגור
יהיה לא יפתח ואיש לא יבא בו כי יהוה
אלהי ישראל בא בו והיה סגור נטל את
המפתח ופתח את הפשפש נכנס לתא
ומן התא אל ההיכל עד שהוא מגיע
לשער הגדול הגיע לשער הגדול העביר
את הנגר ואת הפותחות ופתחו לא היה
שוחט השוחט עד ששומע קול שער הגדול
שנפתח . מיריחו היו שומעים קול שער
הגדול שנפתח מיריכו היו שומעים קול
המגריפה מיריחו היו שומעים קול העץ
שעשה בן קטין מוכני לכיור מיריחו היו
שומעים קול נביני כרוז היריחו היו שומעים
קול החליל מיריחו היו שומעים קול הצלצל
מיריחו היו שומעים קול השיר מיריחו היו
שומעים קול השופר ויש אומרים אף קול
של כהן גדול בשעה שהוא מזכיר את
השם ביום הכפורים מיריחו היו מריחים
ריח פטום הקטרת אמר רבי אלעזר בן
דגלאי עזים היו לבית אבא בהר מקוור
והיו מתעטשות מריח פטום הקטורת . מי
מי שזכה ברישון מזבח הפנימי נטל את
הטני והניחו לפניו היה חופן ונותן לתוכו
ובאחרונה כיבד את השאר לתוכו והניחו
ויצא מי שזכה בדישון המנורה נכנס
ומצא שתי נרות מזרחיים דולקין במקומם
מצאן שכבו מרשנן ומדליקן מן הדולקין
ואחר כך מרשן את השאר ואבן היתה
לפני המנורה ובה שלש מעלות שעליה
הכהן עומד ומטיב את הנרות והניח את
הכוז על מעלה שניה ויצא.

lonem altaris, & in ea erant (12) octo columnæ breves, super quibus erant asseres cedri quadrati, uncique ferrei illis affixi erant, quorum singuli tres habebant ordines, quibus suspendebat ad detrahendum pellem; & mensæ marmoreæ erant inter columnas: Veniebat ad januam aquilonarem; (13) Duæ enim erant januæ in porta magna, quarum altera erat ad aquilonem, & altera ad austrum; per illam quæ erat ad austrum, nemo ingrediebatur: Et de illa exponitur per Ezechielem: *Dixit autem mihi Dominus, porta hæc clausa erit, & non aperietur, nemo ingredietur per eam, quia Dominus Deus Israel venit per eam, ideo clausa erit:* (14) Sumebat clavem & aperiebat ostium, veniebat in conclave, & ex conclavi in templum, donec accederet ad portam magnam, removebat vectem, & pessulos, & aperiebat eam; qui mactabat, non mactabat antequam audiret sonitum portæ magnæ, quando aperiebat: Ab urbe Jericho (15) audiebant strepitum portæ magnæ quando aperiebatur; ab urbe Hiericho audiebant sonitum Migrepha: Ab Hiericho audiebant strepitum machinæ lignariæ fabricæ, quam fecit ben Katin machinam fabro. Ab Hiericho audiebant (16) vocem Gabini præconis; Ab Hiericho audiebant sonitum tibiæ; ab Hiericho audiebant sonitum organi; Ab Hiericho audiebant sonitum cantici; Ab Hiericho audiebant sonitum tubæ; & nonnulli dicunt; (17) etiam vocem summi sacerdotis, quando memorabat nomen Divinum in die expiationum; Ab Hiericho (18) odorabant odorem compositionis suffitus. Dicit Rabi Eliesser ben Daglai: Capras habebat familia Aba in monte Micvor, quæ sternutabant ab odore compositionis suffitus: Qui designabatur ad decinerationem altaris interioris, ingrediens (19) sumebat vas, & deponebat coram facie sua, & pugillo in illud imponebat, & postea everriculo purgabat reliquum cinerem, quo deposito egrediebatur: Qui designabatur ad decinerationem candelabri, ingrediebatur, quando inveniebat duas lucernas, quæ erant ad orientem, ardentes, reliquas decinerabat, & in loco suo deponebat, quando inveniebat extinctas, eas decinerabat, & accendebat ex ardentibus, & postea reliquas decinerabat; (20) & lapis erat coram candelabro, in quo erant tres gradus, in quo stabat sacerdos, quando aptabat lucernas, & deposito vase in secundo gradu abibat.

NOTÆ IN CAPUT TERTIUM.

(1) PRæfectus &c. Hic erat præfectus sortibus: *Gemara Hierosol. Sekalim* cap. v. Isti præfecti fuerunt in sanctuario: Jochanan ben Pinchas præfectus sigillorum fuit, Achias libaminum, Mathias ben Samuelis sortium.

(2) Venite, & sortimini Quomodo fieret sortitio docetur *Babyl. Joma* 25. 1. Conlave cæsi lapidis erat instar basilicæ magnæ, & sortitio fiebat in oriente & senex sedebat in occidente & sacerdotes cōglobati stabant in forma circulari & præfectus veniens sumebat mitram ex capite alicujus ex iis & norant, quod ab eo inciperet sortitio. Si putas quod sortirentur in vestibus profanis: num mitra erat in vestibus profanis? Utique sicut docet R. Jehuda, & alii dicunt, R. Samuel bar Jehuda dicit: sacerdos, si sua mater sibi faciat tunicam potest in ea ministrare ministerium peculiare. Dicit Abaje: Hinc eruitur: Conclave cæsi lapidis dimidium erat in sancto, & dimidium in profano. Hinc eruitur; Duæ erant illi portæ, altera aperta in sanctum, & altera aperta in profanum; si putas totum fuisse in sancto, senex sedebat in occidente; atqui dicit Mor; non erat sessio in atrio nisi regibus domus David duntaxat. Si putas totum fuisse in profano, sortitio fiebant in oriente. Atqui requiritur; *In domum Dei ibimus in consessu:* Et non est: At hinc eruitur; dimidium erat in sancto, & dimididium in profano; & si putas quod una porta illi fuerit, & aperta in sanctum, senex sedebat in occidente: Atqui legimus. Conclavia si ædificata sint in profano, & aperta in sanctum, eorum spatium interius est sanctum; si putas fuisse apertum in profanum, sortitio fiebat in oriente; atqui legimus. Si ædificata sint in sancto, & aperta in profanum, eorum spatium interius erit profanum. Et hinc non eruitur: Duæ portæ illi erant, altera aperta in sanctum, & altera in profanum.

(3) Quis sit mactaturus &c. *Tosaphta Joma* 11. 10. Dicebat illis præfectus: Venite, & sortimini, quis sit mactaturus, quis sit adspersurus sanguinem, quis sit decineraturus altare interius, quis sit decineraturus candelabrum, quis sit allataturus membra ad collem, caput & pedum & duas manus, spinam dorsi, & pedem, pectus & guttur, & duo femora, intestina, & similam, & sartagines, & vinum: Hæc sunt verba R. Simeonis viri Mitspha. R. Jose dicit: Caput, & pedem, & duas manus, pectus & guttur, & duo femora, & spinam dorsi, & pedem. Dixit ben Azai τῷ R. Akiba nomine R. Jehosua: Juxta modum incessus sui offerebat: caput & pedem, pectus & guttur, & duo femora, spinam dorsi & pedem: *Babyl. Joma* ibid. Quæsitum est, quando sortiebantur, pro uno ministerio sortiebantur, an sortiebantur pro omnibus ministeriis? Veni & audi: Quatuor ibi erunt sortitiones: Si putas, quod pro cunctis ministeriis sortientur, plures erunt: Dicit R. Nachman bar Isaach: Sic dicit: Quater ingrediebantur: Veni & audi: R. Jehuda dicit: Non erat sortitio pro thuribulo; at sacerdos, qui designabatur ad thuribulum, dicebat illi, qui secum erat: Designeris mecum ad thuribulum. Diversum est thuribulum & suffitus, quia sunt unum ministerium: Nonnulli dicunt: Præcise thuribulum & suffitus sunt unum ministerium. At reliqua ministeria requirunt sortitionem; thuribulum est illi necesse; si velis, dicam quoniam deprehenditur quod a principio statuerunt illi sortem seorsim; nobis significat: Veni & audi, quod docet R. Chijah: non sortiuntur pro singulis ministeriis; at cum sacerdote, qui designatur ad sacrificium juge, duodecim fratres ejus sacerdotes, attrahuntur; Hinc eruitur: Sortitio secunda.

(4) Quis sparsurus sanguinem &c. *Babyl. Joma* ibid.: Quæsitum est: Quis accipiebat sanguinem? Mactans accipiebat: Si dicas, quod adspergens acciperet, totum accipiebat sanguinem, aut fortasse adspergens accipiebat: Si dicas, quod mactans acciperet, aliquando mactans erat alienus: Veni & audi: Ben Katin fecit duodecim epistonia labro, ut duodecim fratres ejus sacerdotes operantes in sacrificio jugi simul sanctificarent manus & pedes suos; Si putas quod mactans acciperet, tredecim erunt; At hinc non eruitur: Aspergens accipiebat; Hinc eruitur: Dicit R. Acha bar Raba τῷ R. Asse: Nos quoque legimus; mactabat mactator, & recipiebat acceptor, & ibat ad spargendum: Hinc eruitur:

(5) Caput & pedem &c. *Babyl. Joma* ibid. Tradiderunt sapientes: Quomodo juxta incessum suum? Caput & pedem, pectus & guttur, & duas manus, & duo latera, spinam dorsi, & pedem: R. Jose dicit: Juxta ejus excoriationem offeretur: Quomodo juxta ejus excoriationem. Caput, & pedem, spinam dorsi, & pedem, & duo latera, & duas manus, pectus, & guttur. R. Jacob dicit: Juxta ejus demembratione offerebantur, Quomodo juxta ejus demembrationem? Caput & pedem, & duas manus, & pectus, & guttur, & duo latera, & spinam dorsi, & pedem, R. Jose Galilæus dicit: Juxta ejus præstantiam offerebatur: Quomodo juxta ejus præstantiam? Caput & pedem, pectus & guttur, & duo latera, spinam dorsi, & pedem, & duas manus: Atqui scriptum est. *Omnem partem bonam, femur & armum electa ex ossibus plena*. Hoc intelligitur de macilento. Dicit Raba, Hoc est discrimen inter doctorem nostrum, & R. Jose: Post præstantiam carnis incedimus: Mor incedit post ossa carnis, & Mor incedit post pinguedinem carnis: Qua de causa offertur pes cum capite? Quia cum multa sint in capite ossa, offeratur pes cum illo: Omnes conveniunt: Quod caput offeratur in principio; unde nobis probatur? Extat traditio: Unde probatur, quod caput & adeps antecedant omnia membra? Ex eo quod dictum est: *Caput ejus, & adipes ejus*: Alia expositio: Adeps erit ultimus: Qua de causa adducitur? Juxta traditionem: Quomodo faciebant? Imponebat adipem loco mactationis, & offerebat.

(6) Exite, & vidite &c. *Tosaphta Joma* cap. 11. Quid dicebat super faciem orientis usque ad Hebron? Quando columna solis adscendebat juxta consuetudinem suam, columna lunæ crescebat super faciem totius orientis: Aba Jose ben Chanan dicit: Coruscat coruscatio: *Hierosol. Joma* cap. III. Quid significat בורקי בורקת? Ibi dixerunt: Quando coruscat coruscatio, illuminando illuminat &c. Et cur dictum est: *Usque ad Hebron*? Dicit: Sic venit ad memorandum merita patrum: Lux lunæ instar palmæ assurgit, & adscendit: Lux solis diffunditur super facies totius orientis: Hactenus quando erat finis lunæ; quando erat principium, dicit R. Chanina: Cerua amoræ priusquam illuminaret orientem, homo incedete poterat quatuor milliaria, & postquam illuminavit orientem, priusquam illucescat sol, homo poterat incedere quatuor milliaria & unde probatur quod cerua amoræ, priusquam illuminet orientem, homo possit incedere quatuor milliaria? Ex eo quod dictum est: *Cum autem aurora adscendisset, instabat Angelus Lot dicendo*: Ex Sodoma usque ad Segor est spatium quatuor milliarium: Amplius est spatium: Dicit R. Zehera: Angelus persanbat coram eo viam: Et unde probatur postquam illuminavit orientem, priusquam illucescat sol, quod homo possit incedere quatuor milliaria? Quam multa inter se sunt similia. *Babyl. Joma* 28. Traditio: R. Ismael dicit: Coruscat coruscatio. R. Akiba dicit: Adscendit coruscatio: Nachuma ben Apekasiun dicit: Etiam coruscationes in Hebron: Matthias ben Samuelis dicit: Præfectus sortitionibus dicebat: Illuminavit facies totius orientis usque ad Hebron? R. Jehuda ben Bethera dicit: Illuminavit facies totius orientis usque ad Hebron?

(7) Erat in angulo &c. *Babyl. Joma* 17. R. Ada bar R. Isaach dicit; Hoc conclave in angulis

lis ſitum erat & venienti ex aquilone videbatur ſitum fuiſſe in auſtro, & venienti ab auſtro, videbatur ſitum fuiſſe in aquilone; & probabilirer occidentale auſtrale erat: Unde probatur? Ex eo quod objicitur panis facierum pani facierum: Et reſpondetur: Dicit R. Huna bar R. Jehoſua; Mor putat ad dexteram, & Mor putat ad ſiniſtram: Si dicas: Concedatur in occidentali auſtrali; tum poterit explicari panis facierum ex pane facierum; at ſi dicas in aquilonari occidentali, qui tandem poterit explicari ex panem facierum? At hinc non eruitur: Converſiones, quæ tibi faciendæ ſunt, non eruit niſi ad dexteram orientem verſus: Hoc intelligitur in miniſterio, ut hoc loco juxta rationem communem.

(8) Et quatuor erant conclavia &c. *Middoth* II. 6. Quatuor conclavia erant in domo foci ut cubicula aperta verſus baſilicam, duo in ſancto, & duo in profano, & capita trabium ſeparabant inter ſanctum & profanum: Illa ad quid inſerviebant? In angulo occidentali aquilonari erat conclave agnorum oblationis; auſtrale orientale erat conclave facientium panem facierum, orientale aquilonare erat in quo Chaſmonæi abſcenderunt lapides altaris, quos profanarunt reges Græciæ; per aquilonare occidentale deſcendebant in domum lotionis. *Maimonides*, cum conclave agnorum cap. 3. *Tamid* in angulo aquilonari occidentali, & in *Middoth* in occidentali meridionali ſtatuatur, hanc controverſiam ita conciliat. Cæterum (*inquit*) quod Miſna dicit conclave agnorum eſſe ad angulum occidentalem meridionalem, & tertio capite *Tamid* dicit eum fuiſſe ad aquilonarem occidentalem, id in Gemara jure conciliatum eſt, nempe ipſum eſſe in aquilone, & de auſtro participare, in auſtro, & participare de aquilone, hinc apparet quod occidentalis meridionalis erat: Caſus vero ita accipiendus eſt; Conclave illud erat in ipſa domo foci occidentali meridionali, uti dicitur in tractatu *Tamid*: Cum ita ſe re habeat; conclave eorum qui faciebant panem, quod eſt quartum conclave agnorum ſecundum computum codicis *Tamid*, meridionale occidentale erit a domo foci, uti hic dicitur: *Gemara Babyl.* ſic explicat דקאי בצפון ומחזיא בדרום דקאי בדרום ומחזיא בצפון. Quum conſiſtit, qui aſpicit in aquilone, tum conclave in auſtro eſſe videtur; cum vero conſiſtit ad auſtrum, videtur eſſe in aquilone.

(9) Alterum ſigillorum &c. *Gemara Hieroſol. Sekalim* cap. v. Quatuor ſpecies ſigillorum erant in ſanctuario: In iis inſcriptum erat *Vitulus Maſculus*, *Hircus*, *Peccator*. Ben Azai dicit: Quinque fuerunt: Et Syriace illis inſcriptum erat: *Vitulus*, *Maſculus*, *Hircus*, ſacrificium pro peccato pauperis, & ſacrificium pro peccato divitis. Vitulus offerebatur cum libaminibus bovis, ſive fuerint majores, ſive minores, ſive mares, ſive fœminæ, exceptis libaminibus arietum: Maſculo adhibebantur libamina arietum duntaxat: Sacrificium pro peccato offerebatur cum libaminibus trium animantium leproſi. Qui ſibi libamina comparare vult, adit Jochanan præfectum ſigillorum, & ipſi pecunias numerat; ſumit deinde ab ipſo ſigillum, & illud fert ad Achinam præfectum libaminum, & ab ipſo libamina ſumit; ſub veſperam alter alterum convenit. Achias profert ſua ſigilla, & loco ipſorum pecuniam ſumit; Si aliquid in his redundat, conferunt id ad ſanctum; ſi vero deficit, id reſtituit Jochanan ex domo ſua, quia manus ſancti ſuperior eſt: Si aliquis ſigillum ſuum amittit, expectant uſque ad veſperam, ſi aliquid reperierit, quod ſit ut ſigillum ejus dant ipſi, ſi minus nihil dant: Nomen deinde diei illis inſcriptum erat propter deceptores, & juxta mentem ben Azai: Peccator pauper, cur ſecum offerebat hœdum? Libamina ovis quid? Ex eo quod legimus: Hœdus ſimpliciter: Libamina ovium; ſive ſint magnæ, ſive parvæ, ſive ſint mares, ſive fœminæ; hoc dicit: Libamina ovis ſicut libamina hœdi. Scriptum eſt enim: *Sic facies bovi uni, aut arieti uni, aut ovi in agnis, aut in capris*: Oſtendit quod non diſcriminet inter libamina vituli & libamina bovis. Hoc erat argumentum. Filius ovis requirit libamina, & filius bovis requirit libamina; ſi deprehendimus quod ſit diſcrimen inter libamina agni, & libamina arietis, diſcrimen erit inter libamina vituli, & libamina bovis: Idcirco dictum eſt: *Sic facies bovi uni*. Oſtendit quod non ſit diſcrimen inter libamina vituli, & libamina bovis: *Aut arieti*: Cur dictum eſt? Quia erat argumentum: Si deprehendimus quod ſit diſcrimen inter libamina anniculi, & libamina biennis, diſcrimen quoque erit inter libamina biennis, & libamina triennis. Idcirco dictum eſt: *Aut arieti uni*. *Aut ovi in agnis*. Cur dictum eſt? Quia erat argumentum: Si deprehendimus, quod diſcriminet inter libamina agni, & libamina arietis, diſcrimen quoque erit inter libamina agnæ & libamina ovis. Idcirco dictum eſt: *Aut ovi in agnis*. *Aut in capris*. Cur dictum eſt? Si deprehendimus quod diſcriminet inter libamina agni, & libamina arietis diſcrimen quoque erit inter libamina hædi, & hirci Idcirco dictum eſt: *Aut in capris*: Æquiparat minimum in capris maximo in hircis: Sicut in iſto erant tres logi, ita pariter in illo erant tres logi. *Toſapta Sekalim* II. 14. Quatuor ſigilla erant in ſanctuario: *Peccator* afferebat ſecum logum ſuum; *Peccator pauper* juxta verba ben Azai afferebat ſecum logum ſuum.

(10) Panem facierum &c. Familia Garmu præparabat panem facierum: *Gemara Hieroſol. Sekalim* cap. v. Familia Garmu perita erat in faciendis panibus facierum, & in iis ſubigendis, at noluit docere: Miſerunt & adduxerunr opifices Alexandria, qui periti erant in faciendis panibus facierum, at in ſubigendis non erant periti: Familia Garmu accendebant intrinſecus, & ſubigebant extrinſecus, & non muceſcebat: At iſti accendebant intrinſecus, & ſubigebant extrinſceus, & muceſcebat: Poſtquam hoc cognoverunt ſapientes dixerunt: Omnia quæ creavit Dens S. B. in gloriam ſuam creavit: Dictum eſt enim: *Omnia operatus eſt Dominus propter ſeipſum*. Miſerunt poſt eos, & noluerunt redire, niſi quando duplicarunt eis mercedem: Duodecim minas accipiebant, & dederunt eis quatuor & viginti: R. Jehuda dicit: Quatuor & viginti accipiebant & dederunt eis octo & quadraginta: Dixerunt eis. Cur noluiſtis docere? Reſponderunt eis: Traditio extat in omnibus noſtris a patribus noſtris, quod domus ſit diruenda, ne alii addiſcant, atque ita operentur coram ſua Idololatria: Propter hæc memorant eos in laudem, quod numquam ex eorum filiis exierit panis mundus, ne dicerent: De opere panis facierum iſti comedunt.

(11) Tria & nonaginta &c. *Hieroſ. Chagigah*. Non explicatur, qua de cauſa requirerentur hæc vaſa: Dixerunt; contra tria, & nonaginta nomina Dei memorata in prophetiis Hagæi, Zachariæ, & Malachiæ,

(12) Octo columnæ &c. *Middoth* III. 5. Domus laniorum erat ad aquilonem altaris, & in ea erant octo columnæ humiles, quibus impoſita erant quadrata ex cedro, his vero nuci ferrei infixi erant, quibus ſingulis erant tres ordines, in quibus ſuſpendebant, & excoriabant ad menſas marmoreas, quæ erant inter columnas.

(13) Duo enim erant &c. *Middoth* IV. 2. Duæ januæ erant in porta magna, altera ad aquilonem, & altera ad auſtrum, per illam, quæ erat ad auſtrum nemo ingrediebatur: Et de ea exponitur per Ezechielem: *Dixit autem mihi Dominus; porta hæc clauſa erit, & non aperietur, nemo ingredietur per eam; quia Dominus Deus Iſrael venit per eam; ideo clauſa erit*.

(14) Sumebat clavem &c. *Middoth* IV. 2. Sumebat clavem, & aperiebat oſtium, & ingrediebatur in thalamum, & ex thalamo in templum. R. Jehuda dicit: Incedebat per medium denſitatis muri, donec conſiſtat inter binas vulvas, & aperiebat exteriores intrinſecus, & interiores extrinſecus.

(15) Audiebant ſtrepitum &c. *Babyl. Joma* ibid. Et cardo portarum templi audiebatur uſque ad octavum terminum Sabbathi.

(16) Vocem Gabini &c. *Babyl. Joma* 20. 21. Gabini præco. Quid dicebat? Sacerdotes conſiſtite miniſterius veſtris, & Levitæ, in pulpito veſtro

& Iſ-

& Iſraelitæ in ſtationibus veſtris & ejus vox exaudiebatur per tria milliaria: Narratur: Agrippa rex audivit ejus vocem per tria milliaria, & rediens domum, dedit illi dona: *Hieroſol. Sekalim* v. Gabini præco, ſc. quod proclamaret in ſanctuario: Quid dicebat? Sacerdotes ad miniſterium, & Levitæ ad pulpitum, & Iſraelitæ ad ſtationem: Agrippa rex audivit ejus vocem uſque ad octo milliaria, eique dedit multa dona.

(17) Etiam vocem &c. *Babyl. Joma* ibid. Et ſimiliter ſummus ſacerdos licet eſſet illo præſtantior: Etenim dicit Mor: Quando pronunciabat nomen Dei, audiebatur ejus vox uſque ad Hiericho: Et dicit Raba bar bar Channa, & dicit Rabi Jochanan: Ab Hieruſalem uſque ad Hiericho erant decem milliaria: *Babyl. Joma* 39. 2. Tradiderunt ſapientes: Decies memorabat ſummus ſacerdos nomen Dei illo die, ter in confeſſione prima, & ter in confeſſione ſecunda, ter in capro emiſſario, & ſemel in ſortibus, & quando pronunciabat nomen Dei, audiebatur ejus vox in Jericho. Dicit Raba bar bar Channa; ab Hieruſalem uſque ad Jericho erant deeem milliaria.

(18) Odorabant &c. *Babyl. Joma* ibid. Capræ quæ erant in Hiericho ſternutabant ab odore ſuffitus. Mulieres quæ erant in Hiericho, non opus habebant condimantis ab odorem ſuffitus: univerſa Hieruſalem non opus habebat condimentis ob odorem ſuffitus: Dicit R. Joſe ben Daglai: Capras habebat Aba in monte Micvor, quæ ſternutabant ab odore ſuffitus. Dicit Rabi Chijah bar Abin, dicit R. Jehoſua ben Korcha; Narravit mihi quidam ſenex; Aliquando veni in Siloh, & odoravi odorem ſuffitus inter ejus parietes.

(19) Sumebat vas &c. *Hieroſol. Joma* 11. Dicit R. Jochanan: Ut fieret rei pompa: Dicit Rabi: Atqui ſacerdos, qui decinerat altare interius poterit etiam decinerare candelabrum: Ut fieret rei ſolennitas. Ibi legimus: Deponebat urceum ſuper gradu ſecundo, & egrediebatur, & ſumebat urceum de gradu ſecundo, & egrediebatur. Dicit R. Jochanan. Cur ingrediebatur bis ad adolendum ſuffitum? Ut fieret rei pompa.

(20) Et lapis erat &c. *Peſichta* 43. 2. *Quando facies adſcendere lucernas:* Fac illi gradus. Hinc dixerunt: Lapis erat coram candelabro, & ibi erant tres gradus, quibus inſiſtebat ſacerdos, quando accendebat, & concinnabat lucernas.

פרק רביעי

לא היו כופתין את הטלה אלא מעקדין אותו מי שזכו באברין אוחזים בו וכך היתה עקידתו ראשו לדרום ופניו למערב השוחט עומד במזרח ופניו למערב של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית על טבעת שנייה ושל בין הערבים היה נשחט על קרן מזרחית צפונית על טבעת שנייה שחט השוחט וקבל המקבל בא לו לקרן מזרחית צפונית ונותן מזרחית צפונית מערבית דרומית ונותן מערבית דרומית שיור הדם היה שופך על יסוד דרומית. לא היה שובר בו את הרגל אלא ניקבו מתוך ערכובו ותולה בו היה מפשיט ויורד עד שהוא מגיע להזה הגיע לחזה חתך את הראש ונותנו למי שזכה בו חתך את הכרעים ונתנן למי שזכה בהן מירק את ההפשט קרע את הלב והוציא את דמו חתך את הידים ונתנן למי שזכה בהן עלה לרגל הימנית חתכה ונתנה למי שזכה בה ושתי ביצים עמה קרעו ונמצא כולו גלוי לפניו נטל את הפדר ונתנו על בית שחיטת הראש מלמעלן נטל את הקרבים ונתנם למי שזכה בהם להדיחן והכרס מדיחין אותה בבית המדיחין כל צרכה והקרבין

CAPUT IV.

NON vinciebant agnum, ſed ligabant eum; qui deſignabatur ad membra, apprehendebat eum; ſic autem erat ejus ligatio: Caput ejus erat ad auſtrum, & facies ejus ad occidentem; mactans ſtabat in oriente, & facies ejus verſa ad occidentem; qui mactabatur mane, ad cornu aquilonare occidentale mactabatur ad annulum ſecundum; qui inter duas veſperas offerebatur, ad cornu orientale ſeptentrionale mactabatur ad annulum ſecundum, mactabat mactator, (1) & recipiebat acceptor; (2) veniebat ad cornu orientale aquilonare, deponebat ad cornu orientale aquilonare, veniebat ad cornu occidentale auſtrale, deponebat ad cornu occidentale auſtrale, reliquum ſanguinem effundebat ad baſim auſtralem. Non frangebat pedem, ſed perforabat eum in medio curvaturæ pedis, & ſuſpendebat eum, (3) & excoriabat, & deſcendens uſque dum perveniret ad pectus quando pervenit ad pectus, (4) abſcindebat caput, & dabat ei, qui deſignatus erat, abſcindebat genua, & dabat ei, cui obtigerant; perfecta excoriatione findebat cor, & educebat ejus ſanguinem, abſcindebat manus, & dabat ei, cui obtigerant, adſcendens ad pedem dextrum, abſcindebat illum, & dabat ei, cui obtigerat, & cum eo duo ova diffindebat, & omnia erant manifeſta coram eo; ſumebat (5) adipem, & imponebat loco mactationis, capite ſuper impoſito; ſumebat inteſtina, & dabat ei cui obtigerant, ad lavandum, & ventrem lavabant in domo lotionum quantum neceſſe erat, (6) & inteſtina ter lavabant ad mi-

מדיחין אותם שלשה פעמים במעוטה של שלחנות של שיש שבין העהודים. נטל את הסכין והפריש את הריאה מן הכבר ואצבע הכבר מן הכבר ולא היה מזיזה ממקומה נקב את החזה ונתנו למי שזכה בו עלה לרפן הימנית היה חתך ויורד עד השררה ולא היה נוגע בשדרה עד שהוא מגיע לשתי צלעות רכות חתכה ונתנה למי שזכה בה והכבר תלוית בה בא לו לגרה והניח בה שתי צלעות מכאן ושתי צלעות מכאן חתכה ונתנה למי שזכה בה והקנה והלב והריאה תלויים בה בא לו לרופן השמאלית והניח בה שתי צלעות רכות מלמעלן בא לו לרופן השמאלית והניח בה שתי צלעות רכות מלמטן וכך היה מניח בחברתה נמצא מניח בשניהם שתים שתים מלמעלן ושתים שתים מלמטן חתכה ונתנה למי שזכה בה והשדרה עמה והטחול תלוי בה היא היתה גדולה אלא של ימין קורין גדולה שהכבד תלויה בה בא לו לעוקץ חותכו ונותנו למי שזכה בו והאליה ואצבע הכבד ושתי כליות עמו נטל רגל השמאלי ונתנה למי שזכה בה נמצאו כולם ועומדין בשורה והאברין בידם הראשון בראש וברגל הראש בימינו וחטמו כלפי זרועו וקרניו בין אצבעותיו ובית שחיטתו מלמעלן והפדר נתון עליה והרגל של ימין בשמאלו ובית עורו לחוץ השני בשני ידים של ימין בימינו של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ השלישי בעוקץ וברגל העוקץ בימינו והאליה מדולדלת בין אצבעותיו ואצבע הכבד ושתי הכליות עמו הרגל של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ הרביעי בחזה ובגרה החזה בימינו והגרה בשמאלו וצלעותיה בין אצבעותיו החמישי בשתי דפנות של ימין בימינו ושל שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ הששי בקרבים הנתונים בבזך וכרעים על גביהם מלמעלה השביעי בסולת השמיני בחביתין התשיעי ביין הלכו ונתנום מחצי הכבש ולמטה כמערבו ומלחום וירדו ובאו להם ללשכת הגזית לקרות את שמע.

minimum super mensis marmoreis, quæ erant inter columnas. Sumebat cultrum, & separabat pulmonem ab hepate, & reticulum hepatis ab hepate, non autem removebat illud ex loco suo, perforabat pectus, & dabat ei, cui obtigerat; adscendens ad latus dextrum, abscindebat, & descendens usque ad spinam dorsi, non attingebat eam, donec perveniret ad duas costas tenues, abscindebat, & dabat ei cui obtigerant, cum jecore ipsi appendente: accedens ad collum, relinquebat hinc inde duas costas, abscindebat illud dabat ei cui obtigerat, appendebatur ipsi aspera arteria, cor & pulmo. Accedens ad latus sinistrum, relinquebat duas tenues costas superne, & inferne, ita etiam cum latere dextro fiebat, binæ & binæ superne, & binæ & binæ inferne, abscindebat illud, & dabat ei, cui obtigerat simul cum spina dorsi & liene ipsi appendente; hoc erat quidem magnum, sed dextrum vocant magnum, quia jecur ipsi appendebatur. Accedens ad cuspidem spinæ dorsi, abscindebat eam, dabatque ei cui obtingebat, simul cum cauda, reticulo hepatis, & duobus renibus sumebat pedem sinistrum, dabatque ei cui obtingebat; omnes ordine stabant cum membris in manibus suis; (7) Primus cum capite & pede, caput dextra tenebat, conversis ad brachium naribus, & cornibus inter digitos positis, pars ea colli, qua mactabatur, sursum erat, & adeps ipsi erat superimpositus; dextrum pedem sinistra tenebat, pars ea, qua pellis extrahebatur, exterius collocata erat; secundus cum duabus manibus, dextram dextra, sinistram sinistra tenebat, & pars ea qua pellis extrahebatur exterius collocata erat: Tertius cum spina dorsi, & pede, spinam dorsi dextra tenebat, cauda inter digitos pendente, ipsique reticulum hepatis, & renes adjungebantur; pedem sinistrum sinistra tenebat, & pars ea qua pellis extrahebatur, exterius collocata erat; quartus cum pectore & gutture, pectus dextra tenebat, & guttur sinistra, duabus costis inter digitos positis; quintus cum duobus lateribus, dextrum dextra tenebat, sinistrum sinistra, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exterius collocata erat; sextus cum interioribus patera reconditis, & ipsis crura superimposita erant, septimus cum simila, octavus cum sartaginibus; Nonus cum vino; (8) incedentes ponebant (9) in medio collis ad occidentem ad inferiorem partem: ea (10) saliebant; & descendentes veniebant ad conclave Gazit ad legendum Audi.

NO-

NOTÆ IN CAPUT QUARTUM.

(1) ET recipiebat acceptor &c. *Babyl. Joma* 24. 2. Quæsierunt: Quis accipiebat? Mactans accipiebat: Si dicas, quod spargens acciperet, non accipiebat totum sanguinem; aut fortasse spargens accipiebat; Si dicas, quod mactans acciperet; aliquando mactabat alienus: Veni & audi: Ben Katin fecit duodecim epistomia labro, ut duodecim fratres ejus sacerdotes, qui occupati erant in sacrificio jugi, sanctificarent simul manus & pedes suos: si putas, quod mactans acciperet; tredecim erunt: At hinc non eruitur: spargens accipiebat; hinc eruitur; Dixit R. Acha bar Raba τῷ R. Asse; Nos quoque legimus: Mactabat mactator, & recipiebat acceptor: & ibat ad spargendum: Hinc eruitur.

(2) Veniebat ad cornu &c. *Babyl. Joma* 14. R. Simeon vir Mitspha est; at contra illum sentimus: Etenim legimus: Venit ad cornu orientale aquilonare, spargit ad cornu orientale aquilonare, (venit) ad cornu occidentale australe, spargit ad cornu occidentale australe; & docet R. Simeon vir Mitpha in tractatu *Tamid*. Venit ad cornu orientale aquilonare, spargit ad cornu orientale aquilonare; venit ad cornu occidentale australe, spargit ad occidentale; & postea spargit ad australe; At dicit R. Jochanan: Iste doctor ordinis *Joma* est R. Simeon vir Mistpha, & opponit ordinem *Joma* ordini *Joma*.

(3) Excoriabat &c. *Siphra* 4. 3. *Et excoriabit, & dimembrabit*. Crederem, quod excoriaret membratim, & dimembraret? Idcirco dictum est: *Holocaustum*? Excoriabit totum, & deinde dimembrabit: Crederem non fuisse excoriandum nisi holocaustum spontaneum; de holocausto ex debito unde probatur? Argumento: Dictum est: Affer holocaustum spontaneum, & dictum est affer holocaustum ex voto; sicut holocaustum spontaneum requirebat excoriationem, ita pariter holocaustum ex voto requirebat excoriationem: Non probo nisi de holocausto bovis, de holocausto ovis unde probatur? Argumento: Dictum est: Affer holocaustum ex bobus, & affer holocaustum ex ovibus: Sicut holocaustum bovis requirit excoriationem, ita pariter holocaustum ovis requirit excoriationem. Non probo nisi de holocausto virorum, de holocausto mulierum unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Excoriabit*. Non probo nisi de holocausto Israelitarum, de holocausto gentilium & servorum unde probatur, donec includam holocaustum gentilium; unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Holocaustum*. Quod est holocaustum, requirit excoriationem; Quid vidisti ut eos includeres in excoriatione, & dissectione, & eos excluderes ab impositione manuum? Postquam inclusit textus, excludit: Qua de causa eos includo in excoriatione, & dissectione? Quia excoriatio & dissectio est legitima per omnes homines, & excludam ab impositione manuum, quia impositio manuum non fiebat nisi a dominis. Rabi dicit: Egredere & vide, quid excludit textus, oblatane an offerentes? Ecce dicit offerentes; ita pariter ego excludam ab impositione manuum; quia ego exclusi offerentes, non excludam ab excoriatione, & dissectione, quia ego exclusi opus ipsum holocausti: Non probo nisi quando mactet suo nomine, si sine suo nomine, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Holocaustum*: Quod est holocaustum, requirit excoriationem.

(4) Abscindebat &c. *Siphra* ibid. *Et dimembrabit*: Crederem *& dimembrabit*, quod dimembraret membra in membra? Idcirco dictum est: *Ipsum*: *Ipsum* in membra, at non membra in membra. Crederem, quod etiam illegitimum requireret excoriationem, & dissectionem? Idcirco dictum est: *Ipsum* legitimum, at non illegitimum; & illegitimum, si adscenderit super altare, offertur sicuti est.

(5) Adipem &c. *Siphra* ibid. *Et disponent filii Aharon sacerdotes membra*. Cur dictum est: *Caput & adipem*? Docemur, quod caput & adeps non dissecaretur: Alia expositio: Extendebat adipem super loco mactationis, quod erat decoris gratia: Et unde probatur quod caput & adeps præcederent cuncta membra? Ex eo quod dictum est; *Caput ejus, & adipem ejus: Et disponet sacerdos illa*: Docemur, quod caput & adipes antecederent omnia membra:

(6) Intestina autem &c. *Siphra* 5. 1. *Et intestina lavabit, & crura lavabit*: Vel si misceantur intestina holocausti cum intestinis holocausti, intestina holocausti cum intestinis commutationis: Crederem vel si misceantur cum illegitimis? Idcirco dictum est; *Et intestina*: Excludam, si misceantur cum sanctitatibus sanctitatum, & cum sanctitatibus levibus: Idcirco dictum est: *Et intestina ejus, & crura ejus. Lavabit*: Crederem lotione ibi memorata in quadraginta satis, ita pariter hoc loco? Idcirco dictum est: *Aqua*: *Aqua* quantalucunque; *aqua* non vino, *aqua* non aqua mixta, *aqua*; ut fiant legitimæ omnes aquæ, multo magis aquæ labri.

(7) Primus cum capite &c. *Tosaphta Joma* cap. 1. Caput & pedem, & duas manus, spinam dorsi & pedem, pectus, & guttur, & duo latera, intestina, & similam, & frixa & vinum: Hæc sunt verba R. Simeonis viri Mitspha: R. Jose dicit: Caput & pedem, & duas manus, pectus & guttur, & duo latera, spinam dorsi & pedem. Dixit ben Azai τῷ R. Akiba nomine R. Jehosua: Juxta modum incessus sui offerebatur; Caput & pedem, pectus, & guttur, duas manus & duo latera, spinam dorsi & pedem: Tredecim in eo designabantur, aliquando quatuordecim, aliquando quindecim; Aries offerebatur ab undecim agni cœtus ab octo, quia cum illis non erant frixa; Juvencus offerebatur a quatuor, & viginti: Caput & pedem, duo apprehendebant pedem & elevabant super collem, tres apprehendebant & offerebant super altare: De quo hæc dicta sunt? De sacrificiis cœtus; at in sacrificiis privatis, qui volebat offerre, poterat offerre. *Babyl. Joma* 27. 2. Sacrificium juge offerebatur a novem, decem, undecim, duodecim, non a pluribus, neque a paucioribus. Quomodo? Ipsumet a novem; in festo tabernaculorum erat ampulla aquarum in manibus unius; ecce decem: Inter vesperas offerebatur ab undecim; ipsumet a novem, & duo in manibus suis habebant duo ligni segmenta; In Sabbatho ab undecim; ipsumet a novem, & duo habebant in manibus suis duas acerras thuris panis facierum; & in Sabbatho, quod erat in medio festi Tabernaculorum, in manu unius erat ampulla aquarum. Dicit R. Aba: Et sunt qui dicunt, Rame bar Chama, & sunt qui dicunt R. Jochanan; non inferebant aquas in festo Tabernaculorum nisi in sacrificio juge matutino; unde docet? Et in Sabbatho, quod est in medio festi Tabernaculorum, in manus unius erat ampulla aquarum; at si putas, quod in sacrificio jugi vespertino inferrent, in die profano quoque deprehendetur: Dicit R. Asse: Nos quoque legimus: Et libanti dicebat: Tolle manum tuam, Etenim aliquando libavit super pedes suos, & lapidavit eum universus populus: Hinc eruitur.

(8) incedentes &c. *Babyl. Joma* 27. *Et admovebit sacerdos ad altare*. Hæc est adductio membrorum ad collem: Adductio membrorum ad collem requirebat sacerdotium; adductio lignorum non requirebat sacerdotium: *Et ordinabunt*: Quorsum? Ad excludendum excoriantem, & dimembrantem: Et dicam propter id ipsum; Sic quoque: At: *Et adolebit sacerdos omnia*: Cur adducitur? Ad excludendum excoriantem, & dimembrantem: *Et admovebit sacerdos omnia ad altare*: Hæc est adductio membrorum ad collem; Adductio membrorum ad collem requirebat sacerdotium.

(9) In medio collis &c. *Hierosol. Sekalim* VII. Membra sacrificii jugis imponuntur a medio colle & inferius in occidente, membra sacrificiorum ad-

addititiorum imponuntur a medio colle & inferius in oriente ; membra sacrificiorum noviluniorum imponuntur in ambitu altaris in superiori parte : *Tosaphta Sekalim* III. Membra sacrificii jugis de quibus dixerunt quod infra reponuntur, reponebantur a dimidio colle & inferius in oriente. Et addititia de quibus dixerunt, quod supra reponerentur, reponebantur a dimidio colle & superius in occidente. R. Chananjah ben Akascin dicit: Tam hæc quam illa reponebantur a dimidio colle & inferius ; at sacrificia jugia reponebantur in occidente, & addititia in oriente. Et membra sacrificiorum noviluniorum reponebantur sub circuitu altaris ad inferiorem partem ; Quinam erat circuitus altaris? Spatium inter cornu, & cornu, sc. situs ambulacri sacerdotum & ulterius.

(10) Saliebant &c. *Siphra* 7.4. *Et super omnem oblationem tuam offeres salem*. Crederem vel super ligna, & sanguinem? Idcirco dictum est. *Oblationem muneris tui*: Sicut oblatio muneris tui est res, cujus causa alia afferunt ex debito ; excluduntur ligna, & sanguis, cujus causa alia non offeruntur ex debito : Aut sicut oblatio muneris tui est res, quæ permittit ; ita pariter ego includam sanguinem, qui permittit? Idcirco dictum est: *Et desuper munere tuo* ; Crederem totum munus fuisse saliendum? Idcirco dictum est : *Oblationem*: Pugillus erat saliendus, at totum munus non erat saliendum: Non probo nisi de pugillo, unde probatur ad includendum thus? Ex eo quod dictum est: *Super omnem oblationem tuam offeres salem*. Includam ego thus, quod affertur cum munere, unde probatur ad includendum thus, quod affertur seorsim, & thus, quod affertur cum pane facierum & adipes sacrificiorum pro peccato, & adipes sacrificiorum pro delicto, & adipes sanctitatum sanctitatem, & adipes sanctitatum levium, munus sacerdotum, & munus libaminum, & membra holocausti, & holocaustum volucris, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Ex omnem oblationem*.

פרק חמישי

אמר להם הממונה ברכו ברכה אחת והם ברכו וקראו עשרת הדברים שמע והיה אם שמוע ויאמר ברכו את העם שלשה ברכות אמת ויציב ועבודה וברכת כהנים ובשבת מוסיפין ברכה אחת למשמר היוצא . אמר להם חדשים לקטרת בואו והפיסו הפיסו זכה מי שזכה חדשים עם ישנים באו והפיסו מי מעלה אברים מן הכבש למזבח רבי אליעזר בן יעקב אומר המעלה אברים לכבש הוא מעלה אותם על גבי המזבח . מסרום לחזנים היו מפשיטין אותם את בגדיהם לא היו מניחים עליהם אלא מכנסים בלבד והלונות היו שם וכתוב עליהם תשמישי הכלים . מי שזכה בקטורת היה נוטל את הכף והכף דמה לתרקב גדול של זהב מחזיק שלשת קבין והבזך היה בתוכו מלא וגדוש קטורת וכסוי היה לו וכמין מטוטלת היה עליו מלמעלן . מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה ירד ועירן לתוך של זהב נתפזר ממנו כקב גחלים והיה מכבדן לאמה ובשבת היה כופה עליהם פסכתר ופסכתר היתה כלי גדול מחזקת להך ושתי שרשרות היו בה אחת שהוא מושך בה ויורד ואחת שהוא אוחז בה מלמעלן בשביל שלא תתגלגל ושלשה דברים היתה משמשת כופין

CAPUT V.

Dicebat illis præfectus : Benedicite (1) benedictionem unam ; & ipsi benedicebant, & legebant decalogum : *Audi, & erit si audieritis, & dixit*. Benedicebant cum populo tres benedictiones, verum & firmum ministerium, & benedictionem sacerdotum, (2) in Sabbatho addebant benedictionem unam pro vigilia abeunte. Dicebat eis : (3) Novi accedant, & sortiantur pro suffitu ; sortiebantur ; designabatur, qui designabatur ; (4) novi cum veteribus venientes sortiebantur, qui portaret membra a colle ad altare: R. Eliefer ben Jacob dicit : Qui portat membra ad collem, ille imponit altari. Tradebant se ministris, qui exuebant illis vestes suas, non relinquebat super eis, nisi femoralia duntaxat; (5) arcæ autem erant illic, ubi inscriptum erat ; usus vestium. Qui designabatur ad suffitum, (6) sumebat acerram acerra erat similis modio magno aureo continenti tres cabos & patera erat in medio ejus impleta, & accumulata suffitu, operculum habebat, & linteum quoddam super impositum erat. Qui designatus erat (7) ad thuribulum, (8) sumebat thuribulum argenteum, adscendebat ad verticem altaris, & prunas hinc inde accipiens descendebat, & effundebat in medium thuribuli aurei, dispergebatur ex illo tanquam cabus prunarum, purgabat autem illa in fossa, & in Sabbatho operiebat super eas ollam; (9) pesachtar erat vas magnum, quod continebat dimidium Chomer, (10) duas habebat catenas, unam qua trahebat, qui descendebat, alteram qua tenebat, qui erat in superiori parte, ne circumvolveretur, & tribus usibus inserviebat; (11) te-

אותרה על גב הנחלים ועל השרץ בשבת ומורידין בה את הדשן מעל גבי המזבח. הגיעו בין האולם ולמזבח נטל אחד את המגריפה וזרקה בין האולם ולמזבח אין אדם שומע קול חברו בירושלם מקול המגריפה ושלשה דברים היתה משמשת בהן ששומע את קולה יודע שאחיו הכהנים נכנסים להשתחות והוא רץ ובא ובן לוי שהוא שומע את קולה יודע שאחיו הלוים נכנסים לדבר בשיר והוא רץ ובא וראש המעמד היה מעמיד את הטמאים בשערי מזרח.

tegebant ea prunas, reptilia in Sabbatho, & removebant cum ea cinerem ab altari: Ubi venerunt inter veſtibulum, & altare, aliquis ſumebat (12) magrepham, & adſpergebat illud inter veſtibulum, & altare; alter alterum non audiebat Hieroſolymæ propter vocem magrephæ, quæ tribus uſibus inſerviebat; ſacerdos qui audiebat ejus vocem, ſciebat, quod fratres ejus ſacerdotes ingrederentor ad adorandum, currebat, & veniebat: Levita quando ejus vocem audiebat, ſcivit, quod fratres ejus Levitæ convenerint ad canendum, currebat & veniebat; & princeps cuſtodiæ ſtatuebat immundos in portis orientalibus.

NOTÆ IN CAPUT QUINTUM.

(1) BEnedictionem unam &c. *Hieroſol. Berachoth* 3. 1. Ibi legimus: Dicebat illis præfectus: Benedicite benedictionem unam; & ipſi benedicebant: Quid benedicebant? R. Mitena dicit nomine Samuelis: Hæc eſt benedictio legis: & legebant decalogum: *Audi, & erit ſi audieritis*. Dicit R. Amme nomine R. Levi: Hoc dicis, quod benedictiones non impediant: Dicit R. Ba: Hinc nihil eruitur, etenim decalogus erat fundamentum *Audi*. Ex mente R. Mitena: & R. Samuel bar Nachman dicit; ambo dicunt, quod hac ratione deberent legere decalogum ſingulis diebus: Et cur non legebant? Propter errorem hæreticorum, ne dicerent: ipſe duntaxat datus eſt Moſi in Sinai. R. Samuel bar Nachman nomine R. Jehuda bar Zabuda; Hac ratione deberent legere ſectionem Balak & Balaam ſingulis diebus. Et cur non legebant? Ne moleſtia exhiberentur cœtui: R. Huna dicit, cur ibi ſcripta eſt ſeſſio & ſtatio? R. Joſe diſcipulus R. Bon dicit: Cur ibi ſcriptus eſt exitus & regnum? Reſpondit R. Elieſer: Quia ſcriptum eſt in lege, in prophetis, & in Hagiographis. Dicebat illis præfectus: Benedicite benedictionem unam; & ipſi benedicebant: Quid benedicebant? Docet R. Mitena nomine Samuelis: Hæc erat benedictio legis: Atqui non benedicebant: *Formans luminaria*: R. Samuel frater R. Berachia dicit: Cum nondum formata eſſent luminaria, & tu dicis: *Formans luminaria*?

(2) *In Sabbatho* &c. *Hieroſol. Berachoth*. Et in Sabbatho addebant benedictionem unam propter vigiliam abeuntem: Et quænam erat benedictio? Dicit R. Cholbo: Hæc erat: Qui habitat in hac domo, plantet inter vos fraternitatem, & dilectionem, & pacem & amicitiam: *Babyl. Beracoth* ad h. l. Cujus nomen in hac domo habitat, is efficiat inter vos amorem, dilectionem, pacem, & amicitiam.

(3) Novi accedant &c. *Hieroſol. Joma* 11. Dicit R. Chanina: Et diebus ſuis nemo ſortitus eſt adolitionem ſuffitus; atque iteravit: Dicit R. Joſe. Miſna ita dicit: Novi ad ſuffitum veniant, & ſortiantur: Dicit R. Chanina: Et ſimiliter ad thuribulum: Dicit R. Joſe: Miſna ita dicit: Qui deſignatus erat ad ſuffitum, dicebat illi, qui erat ad ejus dexteram. Tu quoque ad thuribulum. Deprehenditur, quod dicas: Duo ſacerdotes ſingulis vicibus benedicebantur. Rab dicit: *Benedic Domine fortitudini ejus, & in opere manuum ejus tibi complaceat*: Narratur de quodam, cujus brachium aruit & non permiſit quod obſervaretur, quod dictum eſt: *Benedic Domine fortitudini ejus, & in opere manuum ejus tibi complaceat*: *Babyl. Joma* 27. Sors tertia: Novi ad ſuffitum; veniebant & ſortiebantur &c. Traditio: Nemo in eo inſervit: Qua de cauſa? Dicit R. Chanina: Quia diteſcebat. Dixit R. Papa τῶ Abaje: Qua de cauſa? Si dicendum eſt, quod ſcriptum ſit: *Et ponent incenſum in conſpectu tuo*: Scriptum eſt infra: *Benedic Domine fortitudini ejus*: Si ita eſt; vel holocauſtum, de quo ſcriptum eſt: *Et perfectum ſuper altare tuum*. Reſpondit. Hoc invenitur, & illud non invenitur.

(4) Novi cum veteribus &c. *Babyl. Joma* 27. Non docet juxta mentem R. Elieſer ben Jacob: Etenim legimus: R. Elieſer ben Jacob dicit: Qui affert membra ad collem, ille offerebat ſuper altare. In quo conſiſtit controverſiam? Mor putat: *In multitudine populis decor regis*. Et Mor putat: In loco Divinitatis non fit juxta conſuetudinem terræ: Dicit Raba: R. Elieſer ben Jacob non conſentit cum R. Jehuda, neque R. Jehuda conſentit cum R. Elieſer ben Jacob; Etenim ſi diminuit ſortitiones; & ecce deprehenditur, quod doctor doceat quinque: Hoc non eſt juxta mentem R. Elieſer ben Jacob, neque juxta mentem R. Jehuda. *Babyl. Joma* ibid. legimus nullam fuiſſe factam ſortitionem in ſacrificio jugi veſpertino. Dicit R. Jochanan: Non ſortiebantur in ſacrificio jugi veſpertino; at ſacerdos qui deſignatus erat in matutino, ita pariter deſignabantur in veſpertino. Objectio: Sicut ſortiebantur in matutino, ita pariter ſortiebantur in veſpertino: Etenim extat traditio de ſuffitu: Atqui extat traditio: Sicut de illo ſortiebantur mane, ita pariter de illo ſortiebantur veſpera: Dicam: Atqui extat traditio: Sicut ſortiebantur de illo mane, ita pariter de illo ſortiebantur veſpera, & ſicut de illo (*ſc. de ſacrificio jugi*) ſortiebantur mane, ita pariter de illo ſortiebantur veſpera. Dicit R. Samuel bar R. Iſaach: Hic in Sabbatho agitur, quando cuſtodiæ innovabantur; Et cur putaſti a principio multas fuiſſe ſortitiones? Hinc diminuuntur. Qui deſignabatur mane, deſignabatur veſpera. *Hieroſol. Joma* 11. Dicit R. Jochanan: Non ſtatuerunt ſortitionem ſacrificio jugi inter veſperas; ſed dixerunt; Quoniam deſignatus eſt in matutino, deſignetur quoque in veſpertino. Atqui extat traditio: Sicut erat ſortitio mane, ita pariter erat ſortitio inter veſperas; qui deſignatus erat deſignabatur: R. Ezechias nomine R. Bon bar Chana. Poteſt explicari quod ſit Sabbathum, in quo altera claſſis ingrediebatur: Dicit R. Jochanan. Non decreverunt ſortitionem de duobus ſegmentis mane. Dicit R. Joſe: Miſna ita dicit: Singulis diebus aries offerebatur inter veſperas ab undecim; at nihil dicit de tempore matutino.

(5) Arcæ autem erant &c. *Toſaphta Succah* cap. ulti. Quatuor & viginti annuli ibi erant contra quatuor & viginti claſſes ſacerdotii: Quatuor & viginti arcæ ibi erant contra quatuor, & viginti claſſes: Bilga ſemper dividebat in auſtro & ejus annulus erat fixus & ejus arca clauſa propter Mi-

tiam filiam Bilga apostatam, quæ nupsit præfecto cuidam ex regibus Græciæ, & cum ingressi essent gentiles in templum, percussit super tectum altaris dicens: Lupe lupe tu absumis facultates Israel, & non opitularis tempore tribulationis: Et alii dicunt, quod ex classibus tardavit, & ingressus Isbab stetit ejus loco, ideoque Bilga semper videtur egrediens, & Isbab videtur ingrediens: Omnes qui sunt proximi malis non recipiunt mercedem, excepto Isbab, qui licet esset vicinus τῷ Bilga, accepit mercedem.

(6) Sumebat acerram &c. *Hierosol. Joma* v. Educebant illi acerram &c. Nonne legimus? Accipiebat thuribulum, & adscendebant in summitatem altaris: Ita se habet Misna: Accipiebat acerram, & thuribulum: Quid כף? Scutella: Dicit R. Jose: Hoc dicit. Vas profanum erat: Si dicas fuisse vas sanctum; res quæ sanctificatur in vase, expiat.

(7) Ad thuribulum &c. *Tosaphta Joma* 11. Quotidie duo sacerdotes ingrediebantur, alter cum acerra, & alter cum thuribulo, at hodie sumebat thuribulum dextra, & acerram sinistra: De quo hæc dicta sunt? De suffitu adyti, at in suffitu altaris aurei observabatur idem ritus, ac in suffitu reliquorum anni dierum.

(8) Sumebat thuribulum &c. *Babyl. Joma* 43. 2. Sumebat thuribulum & adscendebat in verticem altaris, & agitabat prunas hinc inde, & sumebat de interioribus absumtis, & descendens deponebat in strato quarto, quod erat in atrio: Singulis diebus accipiebat thuribulo argenteo, & effundebat in aureum, hodie accipiebat aureo & cum eo ingrediebatur; singulis diebus accipiebat thuribulo, quod continebat quatuor Kabos, & effundebat in thuribulum, quod continebat tres Kabos; & hodie accipiebat thuribulo, quod continebat tres Kabos & effundebat in thuribulum, quod continebat tres Kabos, & cum eo ingrediebatur. R. Jose dicit: Singulis diebus accipiebat thuribulo, quod continebat satum, & effundebat in illud quod continebat tres Kabos; & hodie accipiebat thuribulo, quod continebat tres Kabos, & cum eo ingrediebatur.

(9) Tanquam cabus &c. *Babyl. Joma* 44. 2. Traditio: Dispurgebatur Kabus prunarum, purgabat eas in fossa: Altera traditio dicit Kabum & altera duos Kabos: Concedatur, quod qui doceant Kabum sint sapientes; At qui docet duos Kabos, quis est? Non sapientes, neque R. Jose: Dicit R. Chasda; & R. Ismael bar R. Jochanan ben Beroka dicit; thuribulo quod continebat duos Kabos ingrediebatur. R. Asse dicit, vel si dicas, quod continebat satum, & effundebat in illud, quod continebat tres Kabos Hierosolymitanos.

(10) Pesachtar &c. *Pesiktha* 9. 2. Pesachtar erat vas magnum, continens dimidium chomer.

(11) Duas habebat &c. *Pesiktha* ibid. Et duas catenas habebat, unam, qua trahebat, qui descendebat, & alteram, quam apprehendebat, qui adscendebat, ne circumvolueretur:

(12) Tegebant &c. *Pesiktha* ibid. *Non extinguetur*. Vel in itineribus: Quomodo faciebant? Tegebant Pesachtar: *Erubhin* in fine: Tegunt Pesachtar. Vide *Erachin* 10. 2.

(13) Magrepham &c. *Hierosol. Succha* cap. ult. *Magrepha*: Rab, & Samuel; alter dicit: decem foramina in ea erant, & singula emittebant decem species melodiæ; & alter dicit: Centum foramina in ea erant, & singula emittebant decem species melodiæ; ex utriusque verbis emittebat mille species melodiæ.

פרק ששי

החלו עולים במעלות האולם מי שזכו בראשון מזבח הפנימי והמנורה היו מקדימין לפניהם מי שזכה בראשון מזבח הפנימי נכנס ונטל את הטני והשתחוה ויצא מי שזכה בראשון המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקין מדשן את המזרחי ומניח את המערבי דולק ששמנו היה מדליק את המנורה בין הערבים מצאו שכבה מדשנו ומדליקו ממזבח העולה נטל את הכוז ממעלה שניה והשתחוה ויצא. מי שזכה במחתה צבר את הגחלים על גב המזבח מרדדן בשולי המחתה והשתחוה ויצא. מי שזכה בקטרת היה נוטל את הבזך מתוך הכף ונותנו לאוהבו או לקרובו נתפזר ממנו לתוכו נותנו לו בחפניו ומלמדים אותו הוי זהיר שמא התחיל לפניך שלא תכוה התחיל מרדד ויוצא לא היה המקטיר מקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר ואם היה כהן גדול הממונה אומר אישי כהן גדול הקטר פרשו העם והקטיר והשתחוה ויצא.

CAPUT VI.

Incipiebant adscendere gradus vestibuli, (1) qui designati erant ad decinerationem altaris interioris, & candelabri præcedebant coram facie eorum; cui obtigerat decineratio altaris interioris, ingrediebatur, & sumebat Teni, incurvabat se, & exibat: Cui obtigerat decineratio candelabri, ingrediebatur, quando inveniebat (2) duas lucernas orientales ardentes, decinerabat illam, quæ erat ad orientem, & sinebat, occidentalem ardere: quia (3) ex illa accendebat candelabrum inter vesperas; quando inveniebat (4) extinctam accendit eam in altari holocausti, deinde sumens Cos (5) e gradu secundo, & se incurvans egrediebatur: Qui designatus (6) erat ad suffitum, sumebat pateram e medio cupæ, dabatque eam amico aut socio suo, si sparsus esset suffitus in medium cupæ, pugillo ipsius imponebat; docebant eum: Cautus esto; fortasse incipies coram facie tua, ne aduraris: Incipiens expandebat, & abibat; qui adolebat non adolebat antequam præfectus ipsi diceret: Adole: Si autem esset sacerdos magnus: Præfectus dicebat: Domine sacerdos magne adole: (7) Discedebat populus; adolebat, & incurvans se abibat.

NO-

NOTÆ IN CAPUT SEXTUM.

(1) QUid designati erant &c. *Pesiktha* 9. Et sic dixerunt sapientes nostri f. m. Qui designati erant ad decinerationem altaris interioris, & candelabri, præcedebant coram facie eorum; & quatuor erant vasa in eius manu &c. Interdiu concinnabat, & inter vesperas accendebat.

(2) Duas lucernas &c. *Pesiktha* 30. 4. Ingrediebatur; quando inveniebat duas lucernas orientales ardentes, decinerabat orientales, & sinebat occidentalem ardere, quia ex illa accendebat candelabrum inter vesperas.

(3) Ex illa &c. *Pesiktha* ibid. Quia ex illa incipiebat, & in ea desinebat.

(4) Exstinctam &c. *Pesiktha* ibid. Quando inveniebat exstinctam, eam decinerabat, & accendebat ex altari holocausti.

(5) Gradu secundo &c. *Hierosol. Joma* 11. Dicit Rabi. Atqui sacerdos qui decinerat altare interius, poterit etiam decinerare candelabrum: Ut fieret rei solennitas: Ibi legimus: Deponebat urceum in gradu secundo, & egrediebatur, & sumebat urceum de gradu secundo; & egrediebatur. Dicit R. Jochanan: Cur ingrediebatur bis ad adolendum suffitum? Ut fieret rei pompa.

(6) Ad suffitum &c. Inter accendendas lucernas adolebatur suffitus. *Babyl. Joma* 14. 2. Et adolebat suffitum, & concinnabat lucernas: Fortasse suffitus erat in principio, & postea lucernæ: At abjiciunt: Quis designaretur ad decinerationem altaris interioris, & quis designaretur ad candelabrum, & quis designaretur ad suffitum. Dicit R. Huna: Iste docet in tractatu *Tamid* est R. Simeon vir Mitspha; At contra illum sentimus: Etenim legimus: Venit ad angulum orientalem aquilonarem, spargit super cornu orientale aquilonare venit ad angulum occidentalem australem, spargit ad cornu occidentale australe: Et docet R. Simeon vir Mitspha Misnam *Tamid*: Venit ad angulum orientalem aquilonarem, spargit ad cornu orientale aquilonare; venit ad angulum occidentalem australem spargit ad cornu occidentale: & postea spargit ad australe. At dicit R. Jochanan: Iste doctor ordinis *Joma* est R. Simeon vir Mitspha, & opponit ordinem *Joma* ordini *Joma*: Etenim legimus: Sortitio secunda: Quis mactaret, quis spargeret sanguinem, quis decineraret altare interius, & quis decineraret candelabrum; quis portaret membra ad collem: Sortitio tertia: Novi accedant ad suffitum. Venientes sortiebantur: Dicit Abaje: Non est oppositio: Disponebat struem, & postquam perfecerat; in sanguine sacrificii jugis interumpebat: Dixerunt: Non est oppositio τῷ Aba Saul: Ecce juxta mentem sapientum: Etenim extat traditio: Non concinnabit lucernas, & postea adolebit, at adolebit & postea concinnabit: Aba Saul dicit: Concinnabit & postea adolebit: Quænam est ratio Aba Saul? Scriptum est: *Mane mane quando concinnabit lucernas*: Et postea. *Adolebit illum*. Et sapientes. Quid dicit textus? Tempore concinnationis, adolebit suffitum: Nisi dicas: Hic agitur de ministerio vespertino: Scriptum est enim: *Et quando faciet adscendere Aharon lucernas inter vesperas adolebit illum*: Hic quoque in principio accendet lucernas, & postea adolebit suffitum vespertinum: Num dices hic quoque? Atqui extat traditio: *A vespera usque ad mane*: Inde mensuram ut ardeat tota nocte a vespera usque ad mane: Alia expositio: *A vespera usque ad mane*: Non erit tibi ministerium, quod sit legitimum a vespera usque ad mane, nisi hoc duntaxat: Et quid dicit textus? Tempore accensionis adolebit suffitum: Hic quoque tempore concinnationis adolebit suffitum: Et Aba Saul tibi dicit: Diversum est ibi, ubi scriptum est: *Ipsum*. R. Papa dicit. Non est oppositio: Hæc est sententia sapientum, & illa Aba Saul: Quid statuisti, quod hæc Misna sit juxta mentem sapientum, & sortitio juxta mentem Aba Saul? Dicam finem propositionis: Adducebant ei sacrificium juge mactabat, & alius perficiebat mactationem per manum ejus: Ingrediebatur ad adolendum suffitum & ad concinnandum lucernas. Dicemus ne principium & finem propositionis esse juxta mentem sapientum, & medium Aba Saul? Tibi dicit R. Papa: Non est principium & finis sapientum & medium Aba Saul: Concedatur quod Abaje non dicat juxta mentem R. Papa; principium & finis sapientum & medium Aba Saul non statuitur: At quænam est ratio R. Papa? Non dicit juxta mentem Abaje; Tibi dicit doctor: In principio concinnabat duas lucernas, & postea concinnabat quinque lucernas.

(7) Discedebat populus &c. *Babyl. Joma* 43. 2. Et scriptum est: *Et omnis homo non erit in tentorio conventus*. Dicit R. Jehuda: Docet de suffitu templi: Tradiderunt sapientes: *Et omnis homo non erit in tentorio conventus*. Crederem vel in atrio? Idcirco dictum est: *In tentorio conventus*: Non probo nisi de tentorio convenuus quod erat in deserto. de tentorio conventns quod erat in Siloh; & de domo seculorum unde probatur? Ex eo quod dictum est: *In sanctuario*. Non probo nisi de tempore adolitionis suffitus, de tempore adspersionis sanguinum unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Quando veniet ad expiandum*. Non probo nisi de ejus ingressu, de ejus exitu unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Donec egrediatur: Et expiabit pro se, & pro domo sua, & pro universo cœtu Israel*: Ejus expiatio antecedebat expiationem domus suæ, & expiatio domus suæ antecedebat expiationem fratrum suorum sacerdotum, & expiatio fratrum suorum sacerdotum antecedebat expiationem universi cœtus Israel &c. Ibi legimus: Discendebant inter vestibulum, & altare tempore adolitionis suffitus. Dicit R. Eliefer: Non legimus nisi tempore adolitionis suffitus templi, at tempore adolitionis suffitus in adyto, a templo discedebant, inter vestibulum, & altare non discedebant: Objecit R. Ada bar Aba & dixerunt illi; quando R. Jose dicit: Sicut discedebant inter vestibulum & altare tempore adolitionis suffitus, ita pariter discedebant tempore adspersionis ad velum juvenci uncti, & juvenci ignorantiæ rei cœtus, & in hircis Idololatriæ: Atqui gradus erat inter templum, atque inter vestibulum & altare: nisi quod in templo discedebant tam tempore adolitionis suffitus, quam extra tempus adolitionis suffitus; at inter vestibulum & altare non discedebant nisi tempore adolitionis suffitus: inde discedebant: Itane est intelligendum? Tempore adolitionis suffitus in adyto, at non tempore adolitionis suffitus in templo: Si ita est, quinam erat gradus? A templo discedebant tam tempore adolitionis ipsius suffitus, quam extra tempus adolitionis suffitus in adyto, & inter vestibulum & altare non discedebant nisi tempore adolitionis suffitus in templo; ecce docet: At in templo discedebant tam tempore adolitionis suffitus, quam extra tempus adolitionis suffitus; at inter vestibulum & altar non discedebant nisi tempore adolitionis suffitus: Ecce erat gradus. Etenim in suffitu templi discedebant sive in ipsa sanctitate, sive in sanctitate adyti, & inter vestibulum & altare non discedebant nisi in sanctitate templi. Dicit Raba: Ibi una separatio erat: *Ita* dicit Mor. Quod discederent tempore adspersionis sanguinum juvenci sacerdotis uncti, & juvenci ignorantiæ rei cœtus, & hircorum Idololatriæ, unde probatur? Dicit R. Acha bar Aba; Hinc eruuntur gradus legis: Et sic constat ex traditione; Si putas esse ex sententia sapientum: Quid variat inter vestibulum, & altare? Fortasse qui semen nocturnum passi erunt ingredietur; ex toto atrio quoque discedent. Fortasse qui semen nocturnum passi sunt ingredientur inter vestibulum & altare. Quoniam nihil interrumpebat, non erat res nota: in atrio quoniam interrumpebat altare exterius, res nota erat; Dicit Raba. Hinc eruitur sanctitatem vestibuli & templi unam eandemque esse. Si putas duas fuisse sanctitates: de ipso vestibulo statuitur decretum, & decretum non aeditur ad decretnm pro vestibulo; & inter vestibulum & altare una erat sanctitas; templum & vestibulum duæ erant sanctitates.

CA-

פרק שביעי

בזמן שכהן גדול נכנס להשתחוות שלשה אוחזין בו אחד בימינו ואחד בשמאלו ואחד באבנים טובות וכיון ששמע הממונה קול רגליו של כהן גדול שהוא יוצא הגביה לו את הפרוכת נכנס והשתחוה ויצא ונכנסו אחיו הכהנים והשתחוו ויצאו . באו ועמדו על מעלות האולם עמדו הראשונים לדרום אחיהם הכהנים וחמשה כלים בידם הטני ביד אחד והכוז ביד אחד והמחתה ביד אחד והבזך ביד אחד וכף וכסויה ביד אחד וברכו את העם ברכה אחת אלא שבמדינה אומרים אותה שלש ברכות ובמקדש ברכה אחת במקדש היו אומרים את השם ככתבו ובמדינה בכנויו במדינה הכהנים נושאים את ידיהם כנגד תפוחיהם ובמקדש על גבי ראשיהם חוץ מכהן גדול שאינו מגביה את ידיו למעלה מן הציץ רבי יהודה אומר אף כהן גדול מגביה את ידיו למעלה מן הציץ שנאמר וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם . בזמן שכהן גדול רוצה להקטיר היה עולה בכבש והסגן בימינו הגיע למחצה הכבש הכבש אחז הסגן בימינו והעלהו הושיט לו הראשון הראש והרגל וסמך עליהם וזרקן הושיט השני לראשון שתי הידים נותנן לכהן גדול וכמך עליהם וזרקן נשמט השני והלך לו וכך היו מושיטין לו שאר כל האברין והוא סומך עליהם וזורקן ובזמן שהוא רוצה הוא סומך ואחרים זורקים בא לו להקיף את המזבח מהיכן הוא מתחיל מקרן דרומית מזרחית מזרחית צפונית מערבית דרומית נתנו לו יין לנסך הסגן עומד על הקרן והסודרים בידו ושני כהנים עומדים על שלחן המלכים ושתי חצוצרות של כסף בידם תקעו והרעו ותקעו באו ועמדו אצל בן ארזא אחד מימינו ואחד משמאלו שחה לנסך והניף הסגן בסודרים והקיש בן ארזא בצלצל ודברו

CAPUT VII.

QUO tempore ingrediebatur summus sacerdos ad adorandum, tres apprehendebant illum, unus ad dextram, alter ad sinistram, tertius ad lapides pretiosos, & postquam audisset præfectus strepitum pedum summi sacerdotis, quando egrediebatur, elevabat ipsi velum ingrediebatur & incurvans se exibat: ingrediebantur fratres ejus sacerdotes, & adorantes exibant: Venerunt & steterunt super gradibus vestibuli, stabant priores ad austrum; fratres eorum sacerdotes, quinque instrumenta in manibus habentes, unus corbem, alter poculum, tertius thuribulum, quartus pateram, quintus cupam, & operculum, (1) benedicentes populo benedictione una, sed qui erant in provincia, benedicebant benedictiones tres; In sanctuario pronuntiabat nomen sicut scriptum est, sed in provincia per cognomen ejus; in provincia elevabant manus usque ad humeros, sed in sanctuario supra caput, excepto summo sacerdote, qui non extollebat manus suas supra frontale: Dicit R. Jehuda: Etiam sacerdos magnus elevabat manus suas supra frontale; Dictum est enim: *Et elevabans Aharon manus suas supra populum, benedixit eis*. Quando summus sacerdos volebat adolere, adscendebat per collem; erat autem Segen ad ejus dextram; ubi venerat ad medium collem, (2) apprehendebat Segen ejus dextram, & eum faciebat adscendere; tum primus præsentabat ipsi caput & pedem, & imponebat manus, adspergebat, porrigebat secundus primo duas manus, qui porrigebat eas summo sacerdoti, demittebatur secundus & abibat; hoc modo reliqua membra ipsi porrigebat, quæ impositis manibus adspergebat; quando volebat, imponebat tantum manus, & alii adspergebant; quando circumibat altare, unde incipiebat? Ab cornu australi orientali, orientali aquilonari, aquilonari occidentali, occidentali australi, & dabatur ipsi vinum ad libandum; Segen stabat ad cornu, & vela erant in manu ejus; duo etiam sacerdotes stabant (3) ad mensam adipum, & duæ tubæ argenteæ erant in manibus eorum, clangebant sono æquali, & fracto, postea iterum fixo, & æquali; veniebant & stabant apud filium Arsæ; unus ad dextram, & alter ad ejus sinistram quando incurvabat se ad libandum, Segen agitabat sudaria; filius Arsæ cymbalum pulsabat, (4) & Levitæ dicebant

הלוים בשיר הניעו לפרק תקעו והשתחוו העם על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה השתחויה זה הוא סדר התמיד לעבודת בית אלהינו יהי רצון שיבנה במהרה בימינו אמן . השיר שהיו הלוים אומרים במקדש ביום הראשון היו אומרים ליהוה הארץ ומלואה תבל ויושבי בה בשני היו אומרים גדול יהוה ומהולל מאד בעיר אלהינו הר קדשו בשלישי היו אומרים אלהים נצב בעדת אל בקרב אלהים ישפוט ברביעי היו אומרים אל נקמות יהוה אל נקמות הופיע וגומר בחמישי היו אומרים הרנינו לאלהים עוזנו הריעו לאלהי יעקב בששי היו אומרים יהוה מלך גאות לבש וגומר בשבת היו אומרים מזמור שיר ליום השבת מזמור שיר לעתיד לבא שכלו שבת ושנוחה לחיי העולמים.

bant canticum, ubi absolverunt versum, clangebant, & populus se incurvabat, ad omnem sectionem clangor, ad omnem clangorem incurvatio: Hic est ordo sacrificii jugis juxta ministerium domus Dei nostri; sit beneplacitum ejus est cito ædificetur in diebus nostris: Amen. (5) Canticum quod recitabant Levitæ in sanctuario; primo die dicebant: *Domino est terra, & plenitudo ejus; orbis, & incolæ ejus*: secundo die dicebant: *Magnus est Dominus, & laudatus valde in urbe Dei nostri, in monte sanctitatis ejus*: Tertio die dicebant: *Deus adstans in cœtu Deorum, fortis inter Deos judicat*: Quarto die dicebant: *Deus ultionum, dominus ultionis illucescat*. Quinto die dicebant: *Cantate Deo fortitudini nostræ, clangite Deo Jacob*; Sexto die dicebant: *Dominus regnat, decorem indutus &c.* In Sabbatho dicebant: *Psalmus canticum diei Sabbathi*. Psalmus, canticum in seculum; in diem ubi totum erit Sabbathum, & quies ad vitam seculorum.

NOTÆ IN CAPUT SEPTIMUM.

(1) BEnedicentes &c. *Sotah* VII. Benedictio sacerdotum quomodo? In provincia recitabant tres benedictiones, & in sanctuario unam benedictionem; In sanctuario pronunciabant nomen, sicuti scriptum erat, at in provincia cognomen: In provincia sacerdotes elevabant manus suas super capita sua, excepto summo sacerdote, qui non elevabat manus suas supra laminam. R. Jehuda dicit: Vel summus sacerdos elevabat manus suas supra laminam: Dictum est enim: *Et elevans Aharon manus sua supra populum, benedixit eis*.

(2) Apprehendebat &c. *Hierosol. Joma* IV. In quinque rebus Segen inserviebat: Segen dicebat ei: Domine sacerdos summe, eleva dextram tuam; Segen ad ejus dextram, & præfectus domus patris ad ejus sinistram: Ventilabat Segen sudarium: Apprehendebat eum Segen, & faciebat adscendere: Sacerdos summus non præficiebatur, ut esset sacerdos summus, nisi prius creatus fuisset Segen.

(3) Ad mensam &c. *Maimonides Tamidium* cap. 6. Cum daretur vinum libanti, stabant sacerdotes duo ad mensam adipum, hi duas habebant manibus buccinas; stabat ad cornu altaris Segen, & sudaria præ manu tenebat; tum buccinabant clangorem rectum, fractum, & rectum, veniebant, & adstabant ad præfectum cymbalo, unus ad ejus dextram, & alter ad ejus sinistram: Remorabatur parumper libationem, qui eam facturus erat; agitabat sudaria Segen, hic cymbalo, illi buccina cantabant.

(4) Et Levitæ &c. *Maimonides* ibid. Et Levitæ canebant carmen; ad singulos versus clangor edebatur, & populus omnis, qui in atrio aderat, se incurvabat: Atque ad singulos versus edebatur clangor, ad clangores singulos populus se incurvabat; Jam inter sacrificium juge faciendum omnino clangores edebantur novem, ut ante diximus.

(5) Canticum &c. *Maimonides* ibid. Hæc sunt igitur a Levitis cantata carmina: Primo hebdomadæ die canebant: *Domino est terra, & plenitudo ejus*: Secundo die canebant: *Magnus Dominus, & laudatus valde in urbe Dei nostri, in monte sanctitatis ejus*: Tertio die canebant: *Deus adstans in cœtu Deorum, fortis inter Deos judicat*: In quarto dicebant: *Deus ultionum, Dominus ultionis illucescat*: In quinto dicebant: *Cantate Deo fortitudini nostræ, clangite Deo Jacob*. Sexto canebant: *Dominus regnat decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se*: In Sabbatho dicebant: *Psalmus canticum diei Sabbathi*: Canebant ad sacrificia addititia Sabbathi hoc carmen: *Audite cœli*; & id dividebant in sex capita; quorum initia sunt: *Audite; memento; constituit; vidit; utinam; Levabo*; sic ut per sex homines prælegi solet in Synagogis. Singulis igitur Sabbathis recitabant caput unum: Itaque Psalmum illum totum absolvebant sex Sabbathis, tum redibant ad principium; Sabbatho ad vesperam cavebant: *Tunc cecinit Mose &c. Quis similis tibi &c.* Ad sacrificium addititium principii anni canebant; *Exultate Deo adjutori nostro*. Quod si principium anni incideret in diem quintum hebdomadæ canebant; *Divertit ab oneribus dorsum ejus &c.* Tum principio anni ad vesperam canebant; *Vox Domini concutientis desertum &c.*

HERM.



HERM. GID. CLEMENS
DISSERTATIO
DE LABRO ÆNEO.

שמות ל׳ יז כא

יז וידבר יהוה אל משה לאמר:

יח ועשית כיור נחשת וכנו נחשת
לרחצה ונתת אותו בין אהל מועד ובין
המזבח ונתת שמה מים:

יט ורחצו אהרן ובניו ממנו את
ידיהם ואת רגליהם:
כ בבאם אל אהל מועד ירחצו במים
ולא ימתו או בגשתם אל המזבח לשרת
להקטיר אשה ליהוה:
כא ורחצו ידיהם ורגליהם ולא ימתו
והיתה להם חק עולם לו ולזרעו לדורותם:

פרק שלשים ושמונה ח׳

ויעש את הכיור נחשת ואת כנו נחשת
במראת הצבאת אשר צבאו פתח אהל
מועד.

EXOD. CAP. XXX. 17. 21.

17. *Locutusque est Dominus ad Moysem, dicens.*

18. *Facies & Labrum Æneum cum basi sua ad lavandum: ponesque illud inter Tabernaculum Testimonii, & Altare.*

19. *Et missa aqua lavabunt in ea Aharon, & filii ejus manus suas ac pedes.*

20. *Quando ingressuri sunt Tabernaculum Testimonii, & quando accessuri sunt ad Altare, ut offerant in eo thymiama Domino.*

21. *Ne forte moriantur: Legitimum sempiternum erit ipsi & semini ejus per successiones.*

CAP. XXXVIII. 8.

Fecit & Labrum Æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi.

CA-

CAPUT PRIMUM.

De Nomine Labri.

SUMMARIUM.

§. I. *Variæ Eruditorum de nominis* כיור *derivatione, & ſignificatione ſententiæ.* §. II. *Oſtenditur, derivandum illud eſſe a* כור, *vel* כרה. *Variæ illius ſignificationes.*

§. I.

LAbrum quod juſſu Divino in Tabernaculi Atrio erexit Moſes, כיר vel כיור vocatur Exod. 30. 18. 38. 8. *&c.* Quod nomen non tantum huic vaſi, ſed & decem illis Salomonis *Luteribus* 1. Reg. 7. 30. 2. Chron. 4. 6. atque illi etiam, quod loco *Maris Ænei*, in Templo II. collocatum fuit, proprium erat, uti ex collatione eorum, quæ *Cap.* III. dicentur, cuique patere poteſt. Non tantum in ſingulari, ſed & in duali כיורים *vas* aliquod *fictile*, cujus uſus ſemper eſt cum *Operculo* (quod dualis forma indicat) ſecundum Eruditos, denotans.

Undenam vox derivanda ſit, quidque ſignificet, non una Doctorum eſt ſententia: cum Nonnullis ſit ipſa Radix; Alii a כיר, Hebræis ignota radice; Alii vero a כור vel כרה deducant. LXX. in verſione ſua variant. Plerumque reddunt λύτηρ: at vero 1. Reg. 7. 40. λέβης, & vſ. 38. χυτροκαύλος, 2. Chron. 6. 13. βάσις, Zach. 12. 6. δαλος. *Joſephus* Antiquit. Lib. III. Cap. 5. p. m. 81. Edit. Colon. περιρραντήριον, quod a Gelenio *Adſperſorium* vertitur, ab uſu: quia in eo manus ſuas pedeſque *Lavare* debebant Sacerdotes. Eodem modo *Vulgatus* Exod. 38. 8. *Labrum*: at Cap. 30. 18. *Labium*; niſi ſit mendum in mea Editione. *Pelvim* (Gies oder Handbeḩeḩen) eſſe *Buxtorfio* in Lex. Thalmud. ad h. v. p. m. 1033. ex verbis ejus exſculpit, atque idcirco eum notat, ad Codicem Jomah, *Sheringhamus*. Sed plane quid aliud Viri Clar. indicare verba, eumque non ex ſua, ſed Hebræorum id aſſerere ſententia, oſtendit, Buxtorfium vindicans, *Cl. Mel* in Tract. de Mari Æneo p. m. 25. ſubjuncto Antiq. ejus Sacr.

Singularem fovet ſententiam *Cl. de Dieu*, in Crit. S. ad h. l. *A figura ſcilicet rotunda, nomen hoc hauſiſſe, quia Arabibus, quicquid rotundum eſt,* כור *dicitur.* Quod nimis longe petitum eſſe, cuivis ſatis apparet, cum rotunditas non ſit vaſis hujus differentia ſpecifica, qua diſtinguitur ab aliis; neque definiri poſſit, an ita perfecte fuerit rotundum, ut ab ea nomen haurire potuerit. Uſum magis, quam propriam vocis ſignificationem reſpexit *Ainſwvorthus* in h. l. dum, *nonnunquam pro lebete, ſed plerumque pro Labro ſumi*, aſſerit. *Concham* vertit *Aben Melech* in Michlal Jophi ad h. l. dum ita ſcribit. בלי שהיו בו מים תמיד דומה כעין אותו הכלי שקורין לו קונקא כלעז: i.e. *Vas in quo ſemper erant aquæ, ſimile illi Vaſi, quod in lingua noſtra populari vocant* CONCHA.

§. II.

Non inconcinne ſtatui poteſt vocem hanc originem ſuam debere obſoleto כור, quod idem eſt cum כרה, uti probat *Cl. Vitringa* Obſ. Sac. Lib. II. Cap. 9. §. 9. p. m. 389. 390. quodque *perforationem majorem* denotat, uti idem vir Clar. loco cit. oſtendit. Hinc כיור optime *receptaculum excavatum* deſignabit, quod aliquid ſua cavitate continet, vel continere poteſt. Unde apte ad *Labrum*, ſeu *vas lotioni deſtinatum*, quod *aquam*; *Focum*, *qui continet ignem* Zach. 12. 6. quin & ad *Suggeſtum* 2. Chron. 6. 13. transfertur: cum omnia hæc in eo conveniant, quod excavata, & ad aliquid recipiendum ſint idonea. Cæteras, quæ ei dantur ſignificationes (qualis eſt illa *Cl. Bocharti* Phalegh Part. II. Lib. II. Cap. 6. qua *Tabulam pictam* denotat; quo ſenſu etiam occurrit in *Miſna Midd.* Cap. 4. ſect. 6. ubi a *R. Obadia de Bartenora* explicatur: הקורה התחתונה של תקרה לפי שהיתה טוחה בזהב ומצויירת ציורים נאים נקראת כיור: i.e. *Trabs inferior contignationis, & quia fuit auro obducta, atque elegantibus figurata figuris, vocatur* כיור; atque etiam *de Aſſeribus Tabernaculi* uſurpatur) non moramur: cum vel per permutationem תו׳ כ & צ, ſic ut כיור loco ציור ipſo *Cl. Bocharto* teſte, dicatur, vel ex Chaldaiſmo, reliquiſque affinibus linguis ſint repetendæ.

CAPUT II.

De Materia Labri.

SUMMARIUM.

§. I. *In genere de Materia Labri disseritur, atque* נחשת *non* Chalybem *vel* Ferrum, *sed* æs *denotare ostenditur*. §. II. *In specie Exod.* 38. 8. *qui a plurimis V.V. D.D. hic refertur, proponitur. Eorumque de eo cogitata, præcipue de voce* הצבאת, *exhibentur*. §. III. *De voce* מראת Cl. Clerici *&* Aliorum *sententia*. §. IV. Aben Esræ *verba cogitatis recensitis ansam dedisse ostenditur*. §. V. *Difficultates in iis obviæ*. §. VI. *Objectioni ex Exod.* 33. 7. *occurritur*. §. VII. צבא *hic* congregandi *significatum obtinere non posse tribus rationibus probatur*. §. VIII. *Aliæ objectiones solvuntur*. §. IX. מראת *non notat* specula, *sed* imagines. §. X. XI. *In nativam* צבא דּ *significationem inquiritur, illudque sæpe cum* צבת *permutari, atque hinc* Ornandi *notionem admittere, demonstratur*. §. XII. XIII. *Vera loci Interpretatio. Eam hic admittendam esse tribus rationibus ostenditur, atque objectioni occurritur*.

§. I.

VIdimus Nomen, sequitur *Materia Labri*. Illam Sacer Historiographus locis citatis appellat נחשת, quod *in genere*, omne metallum, quod opponitur auro & argento, *in specie* vero *æs*, *Cuprum* denotat, a verbo נחש *curiose & callide observavit, auguratus est*: forte quod aeris tinnitu ad ea opus esset; aut ipso ære itidem varie uterentur; aut a splendore, quem *æs* possidet, uti *Auctori Anonymo* visum fuit *Freyvvil. Hebos.* Tom. II. XIII. Beitr. p. m. 224. seqq. qui ipsam Radicem significatione sua formali vult denotare *Splendere*, eamque derivatis convenire haud inconcinne ostendit. Nonnullis vero *Ferrum* vel *Chalybem* designat. Ita enim *Auctor incertus* in Annot. ad V. T. ex Edit. Cl. Renferdii, in Exod. 38. 8. Chalybeum. Rectius *quam Æneum, neque enim fiunt specula ex ære*. Existimarunt chalybem ad polienda specula fuisse aptiorem. Sed illud inde refutat *Cl. Wichmashuisen* de Armat. Goliathi §. IV. quod נחשת & ברזל sæpius a se invicem distinguantur, & plurima loca per *duritiem* & *soliditatem* explicari queant. Adde, quod *chalybs*, materia, quæ facile rubiginem contrahit, maxime si aqua in ea asservetur, apta non fuerit, ad Labrum illud, quod lotionibus destinabatur. Confer *Rivetum* in Exod. 38. 8. Operum Tom. I. p. m. 1213.

Æs illud *Corinthiacum* fuisse *Villalpandus* de Templo Ezech. Tom. II. Part. II. Lib. V. Diss. III. Cap. 36. p. m. 484. seqq. ex quo & reliqua Tabernaculi & Templi vasa Ænea conflata fuisse, adserit. Addit Rivetus, *auro* illud *præstantius fuisse*, quod testimonio *Josephi* Antiq. Lib. VII. Cap. 6. p. m. 222. Edit. Col. probat, licet *Doct. D. Outreinius* in Tract. de Tabern. p. m. 554. *se illud ibi non invenire* dicat. Sed fallitur Rivetus, cum non de Tabernaculo, sed de Templo Josephus mentionem faciat, & Æs illud paulo ante a Davide tanquam spolium, ab hostibus reportatum fuisse, ibidem legatur.

§. II.

Quamvis sic satis de *Materia* constare videatur, specialius tamen eam a Mose describi, multis perquam eruditis placet: dum Exod. 38. 8. hæc habet: ויעש את הכיור נחשת ואת כנו נחשת במראת הצובאת אשר צבאו פתח אהל מועד: *Vulgatus* hæc ita transtulit: *Fecit & Labrum Æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi*. LXX. Οὗτος ἐποίησε τὸν λουτῆρα τὸν χαλκοῦν, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ χαλκῆν ἐκ τῶν κατόπτρων τῶν νηστευσασῶν, αἳ ἐνήστευσαν παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. i. e. *Ipse fecit Labrum Æneum & basin ejus æneam ex speculis jejunanatium, quæ jejunabant ad ostium Tabernaculi Testimonii*; legentes צמות. Unde *Cl. Capellus* Cr. Sac. pag. 264. locum hunc dixit in Textu Hebræo esse corruptum, & loco צבאת, uti nunc exstat, in Textu צמות legendum, quem refutavit *Cl. Buxtorfius* Vind. Crit. V. T. Part. II. Cap. 8. p. m. 637. *Onkelos* במחזית נשיא ראתין לצלאה בתרע משכן זמנא: i. e. *Ex speculis mulierum, quæ veniebant ad orandum ad ostium Tentorii conventus*. Eodem modo *Targum Hierosolymitanum*.

Nec minus apud Eruditos de sensu horum verborum sententiarum divortium, cum sint, qui ullam hic fieri mulierum mentionem, negant. Inter hos *Frantzius* de Interpret. S. S. p. 40. verba hoc modo reddens: *Fecit Concham & basin ejus æneam, ut in ea se contueri possent Levitæ. Non vero*, uti statim addit, *e speculis mulierum, quæ convenie-*

niebant ad oſtium Tabernaculi, *quia nec ad oſtium erat ſingularis conventus mulierum*, & *in textu vocabulum mulierum plane abeſt*. Sed refutarunt hanc ſententiam *Glaſſius* Gramm. Sac. Tract. I. Obſ. V. p. m. 860. 861. & ex eo *Habikhorſtius* Diſſert. de mulieribus Zobeoth inſerta Th. Phil. Theol. Part. 1. b. m. 318. ſeq. inter alia etiam ex eo, quod צבאת, ut nomen fœminini generis, neutiquam de Levitis dici queat.

Idem negat *Vatablus* ad h. l. ſed alio inſtituens modo: צבאת enim vult eſſe Adjectivum conveniens cum Subſtantivo מראת. Unde hoc modo locum vertendum ducit: *Ex ſpeculis magno numero congregatis*. Sed & hanc *Habikhorſtius* opinionem l. c. refutat.

Plurima hinc Eruditorum pars ne quidem dubitant, *mulieres* hic eſſe intelligendas; ſed quare dicantur צבאת, nullatenus inter ſe conveniunt. *Moniales*, a mundo ad ſervitium Tabernaculi ſegregatas, deſignari vellent Romano-Catholici unde *Vulgatus* vertit, *Mulieres excubantes*, quos ex inſtituto refutavit *Caſaubonus* Exercit. I. adverſus Baron. p. m. 105. ſeqq. quem tamen ex parte iterum caſtigat *Cl. Wagenſeilius* Sotah p. m. 430. quod omnem illam multitudinem Cantorum, Janitorum &c. Templum incoluiſſe dicat, cum conſtet pauciſſimos fixum (quanquam & hoc ad tempus definitum) in eo habuiſſe domicilium. Alii *miniſtrantes*, ac ſi mulieribus, licet a mundo ad hoc miniſterium non ſejunctis, quædam tamen in Tabernaculo eſſent præſtanda officia. Alii vero *Turmatim convenientes*, ut nempe ſpecula ſua ad uſum Tabernaculi offerrent. Ita vellent *Cl. Pfeifferus* Operum Tom. I. p. m. 134. 135. & *Habikhorſtius* Diſſert. ſupra cit. cujus verba non pigebit adſcribere, quia ipſe maxime patrocinium hujus ſententiæ videtur ſuſcipere voluiſſe. Ita ergo ille Sect. I. Memb. 1. §. IV. p. m. 319. *Scilicet*, *dicimus iterum* צבא *teſtibus tot S. S. locis inferre primo notionem militarem ſive exercitationem*, *neque locum dari*, *in quo non habet hunc reſpectum*, *ſi non proprie*, *tamen Analogice*. *Igitur Analogice* & *hanc notionem militarem* & *exercitualem hic retinendam eſſe cenſemus*, *ſiquidem citra abſurditatem fieri poteſt*. *h. ſ. quod mulieres illæ inſtar exercitus*, *vel more turmarum militarium magno convenerint numero*, & *oſtium Tabernaculi obſederint*. Eandem amplectuntur ſententiam *Ligfootus* in Luc. 2. 37. *Philò Judæus* Lib. III. de Vita Moſis Cap 6. cujus verba *Habikhorſtius* adduxit, & *Cl. Witſius* Miſcell. Lib. II. Diſſ. I. p. m. 406. Statuunt nempe hi Viri Docti, mulieres pias in Iſraele ex devotione & pietate ſpecula ſua, nullius nunc amplius uſus futura, libere ad uſum Tabernaculi obtuliſſe, ut quemadmodum luxus antea ipſis fuerant inſtrumenta, ad meliorem nunc uſum, *Lotionem* videlicet *Sacerdotum*, adhiberentur.

§. III.

Non minorem invenies diſcrepantiam de ſenſu vocis במראת: Nonnulli enim eam vertunt. *Ex ſpeculis*, ac ſi Labrum iis extrinſecus fuiſſet ornatum, ut maculas & ſordes corporis in iis poſſent contueri ſeſe lavantes Levitæ. Alii *Ex ſpeculis*, tanquam materia. *Specula* enim *Ænea* Antiquis maxime fuiſſe in uſu, demonſtrarunt *Dougtæus* in Analect. Part. I. Excurſ. 44. & *Villalpandus* de Templo Ezech. Tom. II. Part. II. Lib. 5. Diſp. 3. Cap. 36. p. m. 484. ſeqq. & ב eo ſenſu ſæpe accipi. *Glaſſius* Gramm. Sac. Lib. IV. Tract. I. Obſer. v. p. m. 860. 861. loco ſupra cit.

Ulterius progreditur *Cl. Clericus* in Annotat. ad Pentat. ad h. l. atque ſententiam hanc porro ex eo probare allaborat, quia mulieribus religioſis apud Ægyptios maxime talia ſpecula in uſu eſſent, idque teſtimonio *Cyrilli* confirmat, de Adorat. in Sp. & Verit. Lib. II. pag. 64. dicentis; *Ægyptias mulieres*, *ſi Templum adirent*, *linea veſte ornari*, *κατόπτρῳ τὴν ἀριστερὰν*, ſpecuio ſiniſtram, & *ſiſtro dexteram religioſe decorari*. Quod ex hypotheſi *Cl. Clerici* (Spencerum hic ſequentis) in tota ejus explicationi Pentateuchi regnante, de mutuatione Legum Ceremonialium ab Ægyptiis aliiſque gentibus, profluxit; cui immorari non erit neceſſe, cum hujus hypotheſeos falſitas a *Cl. Witzio* in Ægypt. *D. Outreinio*, aliiſque Viris Doctis invicte ſit demonſtrata, & ex iis, quæ infra dicenda erunt, ad oculum patebit, neque hic eam ullatenus procedere poſſe.

Communi huic ſententiæ adſtipulatur etiam *Ainſvvorthus* in h. l. cum dicit: *Horum* (ſpeculorum) *meminit Spiritus Sanctus in Eccleſia Chriſti myſtico modo*, *cum verba facit de* Mari Vitreo *coram Throno ejus Apoc.* 4. 6. & Mari Vitreo *igne mixto Apoc.* 5. 2.

§. IV.

Omnes has interpretationes primam

ſuam

ſuam originem Judæis, Fabularum Summis Architectis, debere, ſi verba ipſorum conferantur, liquido conſtabit. Eum in finem *Aben Eſræ* explicationem, licet longiorem, allegare opus erit. Ita ille in Comment. ad h. l. כי מישפט כל הנשים להתיפות לראות פניהם ככל בקר במראת נחשות או זכוכית לתקן הפארים שעל ראשיהם הם הנזכרים בספר ישעיהו כי מנהג ישראל היה כמנהג ישמעאל עד היום והנה היו בישראל נשים עובדות השם שכרו מראות זה העולם ונתנו מראותיהם נדבה כי אין להם צורך עוד להתיפות רק באות יום יום פתח אהל מועד להתפלל ולשמוע דברי המצות וזהו אשר צבאו פתח אהל מועד כי היו רבות. id eſt *Nam mos erat omnium mulierum decorare, ut videre faciem ſuam ſingulo mane in ſpeculo Æneo vel Vitreo, ut ita adaptarent tiaras* (ornamenta), *quas in capitibus ſuis habebant. Hæ ſunt, quarum mentio fit in libro Iſaiæ* Cap. 3. 23.) *Nam mos Iſraelitarum eſt, ut mos Iſmaelitarum, ad huncuſque diem. Ecce vero in Iſraele erant mulieres Deum timentes, quæ recedebant ab hujus mundi cupiditate, quæque ſua tradidere ſpecula in donum ſpontaneum: Non enim amplius indigebant illis, ut ſe exornarent; ſed de die in diem veniebant ad orandum & audiendum verba præceptorum, & hoc eſt quod dicitur*: quæ congregabant ad oſtium Tentorii conventus, *nam erant multæ*. Egregie hanc ſententiam *Aben Eſra* illuſtravit, modo vera eſſent, quæ affert, cujus contrarium infra patebit. Cæterum eam hauſiſſe videtur ex *Jalkut Rubeni* ad h. l. fol 111. ubi Magiſtri rationes afferunt, quare in Ægyptiaca ſervitute ſpecula fuerant neceſſaria, nunc iis non indigerent.

§. V.

Tanta animorum ſententiarumque diſcrepantiam, cum ſolum præjudicium, *Mulieres* hic ad Tabernaculum congregantes, eſſe intelligendas, pepererit, neminem ægre laturum confido, ſi modeſte, & ea cum reverentia, quam Doctorum doctrinæ doctiſque meditationibus debemus, hæc illorum cogitata examinemus: ita tamen, ut appareat non ſtudio contradicendi, ſed inveſtigandi verum illud fieri, nobiſque magis eſſe volupe, Doctorum erudiri doctrina, quam inſulſe obniti. Eum in finem hanc ſequi lubet methodum, ut poſt difficultates, remoram injicientes, propoſitas, deſpiciamus, num verba eam, quam iis dant Eruditi, Verſionem admittere poſſint; tum eam, quæ ſe nobis maxime probat, ſuis ſtabilitam rationibus proponamus.

§. VI.

Difficultates quod attinet, I. eſto. Duriorem videri omnino eorum verſionem, licet maxime communem multis, qui vertunt: *Ex ſpeculis mulierum congregantium, quæ congregabant:* dum non tantum ב loco מ ſit poſitum, ſed & integra vox נשים ſit ſubaudienda. Fateor multa exempla congeſſit *Glaſſius* Grammat. Sac. Lib. III. Tract. I. Can. 12. & *Kimchius* in Amos *6.* 4. ubi ſubſtantivum, adjectivo expreſſo, ſubauditur. Sed exempla hæc nequaquam ſunt parallela: cum ex horum Eruditorum ſententia a voce נשים totus ſenſus dependeat, quale neſcio, an ullum poſſit ſimile adferri exemplum; cum ipſa verba ſubauditum nomen in allegatis ſub ſe comprehendant, cujus tamen hic conſpicimus contrarium. Hinc ipſe *Kimchius*: וחסר התאר כי הענין מובן id eſt *Et deficit nomen denominatum, quia materia clara eſt*, loc. cit. Eadem habet fere in 2. Sam. 21. *16.*

Sed leve id alicui videri poſſet. Alia niſi me omnia fallunt, magis ſtrigentia addam: ſcilicet II. Tabernaculum ad quod hæ mulieres congregaſſe dicuntur, tum nondum erat exſtructum, cum illius erectio demum Cap. 40. 1. ſeqq. narretur. Ubinam ergo devotæ hæ, & piæ in Iſraele mulieres congregarunt, nondum exſtructo Tabernaculo? Ubinam oſtium Taberuaculi, dum ipſum Tentorium nullibi conſpiciebatur? Concedit illud Doctiſſimus B. *Lamy* de Tabern. & templo Lib. III. Cap. *6.* Sect. 7. col. 462. ſeqq. Sed verba Moſis ita vult intelligenda eſſe: *Quod quidem non excubabant ad oſtium Tabernaculi, ſed poſtea pio huic muneri ſe addixerint, quo tum defungebantur, cum Moſes hoc ſcriberet*. Quod ſolummodo in gratiam ſententiæ communis a Viro docto excogitatum eſt: cum hujus anticipationis nulla poſſit dari ratio alia, quam præjudicium illud, *Mulieres*, ad Templum congregantes, hic eſſe intelligendas; & verba Moſis non de re futura, ſed quæ in *præſenti*, cum ædificaretur Tabernaculum, obtinebat (ſi vel verba eam admitterent verſionem) capienda eſſe cuivis appareat.

§. VII.

Cum vero haud abſque abſurditate dici

dici queat, mulieres has vel convenisse per πρόληψιν, vel illud a Mose ita narrari: hinc facile perspicio, quidnam hic opponi possit; Scilicet, Negari tamen non posse, jam ante exstructum Tabernaculum, Tentorium aliquod commemorari, quod אהל מועד *Tentorium conventus* vocatur, cum Moses Exod. 33. 7. dicat: ומשה יקח את האהל ונטה לו מחוץ למחנה הרחק מן המחנה ויקרא לו אהל מועד והיה כל מבקש יהוה יצא אל אהל מועד מחוץ למחנה: id est *Et Moses accepit Tentorium illud, & expandit* illud *sibi extra castra, elongando extra castra, & vocavit illud Tentorium conventus extra castra*. Vide *Hermkhuisen* in Libro Doct. cui Titulus Lex Umbrarum, p. m. 159. Sed & gratis illud dici, ac sine fundamento, liquido satis constabit, si ipsa verba considerentur attentius. Tentorium illud (quod ipsius Mosis fuisse, cujus Cap. 18. 7. mentio fit, *Grotius*, *Drusius*, *Cartwrigthus*, & *alii*, volunt) eum in finem erat erectum, ut ibi Moses cum Deo, jam amplius inter illum duræ cervicis populum, ob fœdissimum peccatum in *Vitulum Aureum* commissum, habitare, & se præsentem sistere renuente, colloqueretur, & de cultu, Ipsi in futuro præstando, consultaret: Non ut aliquis Deo in eo exhiberetur cultus, vel populus dona sua ibi offerret, cum Deus hanc domum non ad habitandum elegisset, neque etiam semper ibi præsens esset; sed cum Moses illud intraret, descenderet ad illud cum eo collocuturus. Vide vs. 9. & *Aben Esra* ad h. l. Unde etiam illud מבקש יהוה non de piis & religiosis, ejusque causa ad offerenda dona convenientibus; sed de iis, qui per Mosis ministerium a Deo consilium expetebant, accipiendum est: cum Tentorium hoc loco illius, de quo cap. 18. 7. mentio injicitur, esset erectum, populusque, qui ad Mosem, ut causas illorum cognosceret, conveniebat, congregasse dicitur לדרש אלהים. Confer Exod. 18. 13.

Alio modo, aliud agens, hanc difficultatem solvit *T. De Bruin* in libro docto de Emendandis Temporum Hebr. Linguæ Anom. pag. 154. seqq. Ostendit nempe Vir Doctus omnia, quæ hic dicuntur, in *futuro* tempore esse vertenda. Expresse profecto ומשה יקח in futuro occurit: *Et acciperet Moses*. *Præterita* vero, quæ occurrunt, ob Vau *conversum*, futuri induere significationem statuit: *Et acciperet Moses tentorium, ut tenderet sibi extra castra, procul recedendo a castris, & vocant illud tentorium conventus, essetque omnis quærens Jehovam, exiret extra tentorium conventus*, quod extra castra. Ac hæc nunquam facta vult, non tetendisse extra castra tentorium illud Mosem: sed comminationem fuisse, ita acturum Deum, nisi se a Mose exorari passus fuisset, ut in medio populi iret, confractumque fœdus iterum erigeret. Vide quæ addit p. 162. seqq. Nimis enim longa sunt, quam ut omnia addi possinr, Hoc modo profecto omnes omnino evanescerent difficultates, quæ ex hoc loco contra nostram sententiam texunt. Interim tamen, cum non omnia ex asse mihi satisfaciant, quæ Vir Doctus attulit, atque συνάφεια textus Mosaici difficultatem injiciat, ipse Lector judicet, quamquam ipsi eligere libuerit explicationem.

§. VIII.

Sed plures nos morabuntur difficultates, si ipsa verba consideremus. Primo occurrit verbum צבא, Habere illud significatum *Congregandi*, *Turmatim conveniendi*, negari nequit, Sed, num ea hic quadret notio, dispiciendum erit. Illorum saltem sententiam, qui vertunt in significatione passiva, *Ex speculis congregatis*, neutiquam procedere *Habikorstius* loco supra citato demonstravit; cui addi potest, quod צבא non passivam, sed *Activam* habeat significationem, adeoque הצבאות non *congregatis*, sed *congregantibus*, quod nullum funderet sensum, vertendum esset,

Sed nec Illorum versio, quibus, addita voce נשים, est *congregantes*, *ministrantes*, sequentes ob rationes ullo modo convenire potest.

I. Quia repugnare videtur scopo Mosis, fuse hic, in enumeratione Tabernaculi vasorum, *Materiam Labri*, secus quam in aliis præcedentibus vel sequentibus fit, exhibere. Non enim ea hic commemorantur, quæ ad fabricam Tabernaculi obtulerunt Israelitæ: fuse satis illud exsecutus fuerat Moses Exod. 35. 20. 30. & Virorum & Mulierum exhibens dona. Ubi & horum donorum, si ulla fuissent, non oblitus fuisset mentionem injicere: cum maximæ mulierum piarum laudi cessisset eum in finem convenire, ut luxus instrumenta Tabernaculo, & ita Deo consecrarent: non minor sane laus ac illa, quam commemorat Moses, quod *nendo* Opus Tabernaculi promoverint.

Capite vero hoc 38. ut ex comparatione cæterorum Tabernaculi vasorum, ibi-

ibidem enumeratorum, liquet, alium plane sibi scopum præfixit: *Formam* nempe *Vasorum*, & quomodo elaboraverit ea Artifex Bezaliel, exhibere. Liquet illud ex *Mensa propositionis* vs. 10. seqq. *Candelabro aureo* vs. 17. seqq. &c. Quare & hæc verba de *Forma Labri* accipi debent.

II. Adde, quod nullibi de *Forma Labri*, nisi hæc de ea capiantur, aliquid extaret, quod mihi certe haudquaquam verosimile fit.

III. Sed nec demonstrari potest, ullum vel *Ministerium*, vel *Congregationem* Sacram *Mulieres* ad ostium Tabernaculi habuisse, Negat ilud, ut supra visum, *Frantzius*. Negant, teste *Pfeiffero* & *Habikhorstio*, omnes Hebræi. Unicum enim 2. Reg. 23. 7. qui hic adfertur, locum nihil probare, cum dubia sit vocis קדשים significatio, satis demonstravit *Cl. Wagenseilius* Sotah p. m. 431. qui etiam de loco Neh. 7. 67. *Lipmanni* commentum refutans in Additionibus p. m. 119. videri potest, Confer ea, quæ paulo ante dicta sunt.

§. IX.

Non est ergo, ut de famosa verbi צבא significatione, qua *militare*, *congregare*, designat, heic servanda, tantum sibi glorientur *Cl. Pfeifferus* & *Habikhorstius*. Contrarium satis, ut puto, apparet. Objiciunt quidem, aliquam tamen Sacram statui debere fuisse ad ostium Tabernaculi *Congregationem*: cum 1. Sam. 2. 22. de filiis Heli dicatur, ואת אשר ישכבון את הנשים הצבאות פתח אהל מועד: id est *Et quod concumberent cum Mulieribus Congregantibus ad ostium Tentorii Conventus*. Ex quibus verbis, vel *ministerium* aliquod, vel saltem aliquem *conventum*, ex devotione factum, elici posse, eruditi volunt. At vero neutrum locum habere posse, facile demonstrari potes. Prius refutant *Ligtfootus* in Luc. 2. 37. *Rivetus* loc. supra cit. & *Wagenseilius*.

Multo minus adstrui potest, ex devotione eas convenisse: licet *Josephus* eo inclinet Antiq. Lib. V. Cap. XI. pag. 165. Edit. Coloniens. Egregia enim pietas & devotio, mulieres has, loco ministerii, Deo præstandi, concubuisse cum filiis Heli! Oportet sane Religionis curam, Legisque verba non alte pectoribus earum fuisse infixa: cum eorum tam cito oblitæ fuerint, in omnem ruentes impietatem. Potior ergo illa mihi videtur sententia. Vel *Mulieres* has ab Heli filiis *ad ostium Tabernaculi* fuisse *pellectas*, ut suam cum illis explerent libidinem, quod & peccati, & pœnæ gravitati, a Propheta illis denunciatæ 1. Sam. 2. 30. seqq. magis convenit. Unde apud LXX. in Codice Alexandrino, teste *Cl. Bosch*, legitur: Καὶ ὡς ἐκόμιζον τὰς γυναῖκας τὰς παρεστώσας παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. i. e. *Et quod concumberent cum Mulieribus stantibus ad ostium Tabernaculi Testimonii*. Quod clarum est, si Παρίστημι eo sensu, quo ἵστημι apud Græcos sumitur, accipiatur *de meretricibus*, nempe, *se cuivis prostituentibus*. Ita occurrit sane ἵστημι in *Tabula Cebetis* Editionis Novissimæ Schroderi p. m. 179. Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον, καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι. id est *Vides igitur, ubi portam istam præterieris, aliud septum altius, & Mulieres extra septum stantes meretricum instar ornatas*. Quomodo *prostare* etiam apud Latinos accipitur. Hinc *Ovidius*, ex Ponto, Lib. II. Eleg. III. vs. 19.

> *Illud amicitiæ quondam venerabile nomen*
>
> PROSTAT, *& in quæstu pro meretrice sedet*.

Et *Juvenalis* Sat. III. versu 65.

> *- - - Nec non gentilia tympana secum*
>
> *Vexit, & ad circum jussas* PROSTARE *puellas*.

Vel sensu plane diverso cum *Aben Melecho* in Michlal Jophi ad h. l. cui adsentitur *Lundius* in Veteri Judæorum Sanctuario Lib. I. Cap. 31. p. m. 170. & *Habikhorstius* Dissertat. supra cit. Sect. memb- 5. §. 5. accipi potest de *puerperis* ad Tabernaculum ad offerenda dona secundum legem *congregantibus*: dum inquit, הנשים היולדות הבאות לשילה בקרבן כמו שכתוב בתורה: id est *mulieres puerperæ erant, venientes Schiluntem cum dono, uti scriptum est in lege*. Quicquid sit, in præjudicium saltem nostræ sententiæ locus hic allegari nequit, si vel Viris Doctis concederetur, quod in eo quærunt: cum ob rationes, supra allegatas, luce meridiana clarius appareat, notionem *Congregandi* τῷ צבא in nostro loco dari non posse.

Cætera loca, quæ ab *Ainsvvortho* & *Habikhorstio* allegantur, nempe Luc. 2. 37. & 1. Tim. 5. 5. hic non quadrare,

re, inspicienti cuivis clare patebit. Consuli potest *Ligtfootus* in Luc. 2 37. demonstrans Annam hanc ideo dici *a Templo non recedere*, quia sedulo statis precum horis, Deum allocutura, aderat.

Addit loca alia *B. Lamy* de Tabernac. & Tem. Lib. V Cap. II. Sect. I. col. 874. 875. sed hypotesi, τὸ צבא *jejunare*, vel λειτεργεῖν reddendum esse innitentia, quod supra refutavimus. Quæ *de cellis numero infinitis, ut inhabitarentur a mulieribus & viris*, addit, nihil probant: cum illis in locis Jer. 35. 4. Esr. 10. 6. nulla mulierum, quod nobis hic sufficit, mentio fiat. Neque etiam *Virgines conclusæ*, quas *Auctor* Lib. 2. Macab. cap. 3. 19. memorat, *tales sunt, quæ prope Templum custodiebantur inclusæ usque quo nuptui traderentur*, uti *Baronius* exponit: cum ex *Glossa Ordinaria*, quam exhibet *Lamy*, verba illa exponi queant *de virginibus, quæ de domibus parentum non exibant ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis, & in illa turbatione exibant præter morem solitum, currentes ad Oniam.*

Alio adhuc argumento pugnat *Cl. Pfeifferus* & *Habikhorstius*; *quod optime sic cohæreat textus, cum tempore constructionis Tabernaculi ipsæ mulieres, pietatis zelo viris non secundæ, turmatim instar exercitus convenerint, ut etiam specula sua, post* (vel *inter*) *alia luxus instrumenta*, *Exod.* 35. 22. *memorata, ad Labrum illud Æneum, ex illis conficiendum, offerrent.* Sed si quid aliud, illud profecto, quod ex cohærentia petitur, argumentum V. V. D. D. sententiam subruere, & maxime pro me militare, supra demonstravi; nec opus est ea repetere, cum neutiquam Caput hoc cum Capite 35. connecti hac ratione possit.

§. X.

Sed aliud adhuc est, quod monitum velim: מראות non notare *Specula*, uti Viri Docti supponunt; sed *Aspectum*, *Visionem*, *imaginem*, Gen. 46. 2. Num. 8. 4. cum *speculum* per ראי Job. 37. 18. Nah. 3. 6. exprimatur. Hinc *Cl. Goussetus* in Com. Ling. S. ad vocem מראה ita scribit: *Per Kametz videtur significare speciem, sub qua quid se ostendit, quasi sub imagine & symbolo, in eo adspectus modo, quem Theologi visionem vocant.* Addit vero: *Speculum autem multa habet cum ejusmodi imaginibus communia, unde id quoque* מראה, *plur.* מראות *dicitur*. Quod ultimum in gratiam tantum hujus loci dictum videtur: cum nullo alio exemplo probari possit; nec ulla ratio sit, cur a communi ratione, ut postea probabimus, discedamus. Probare tamen eam allaborat *Cl. Ainsvvorthus*, *quia mystice ad illud alluditur a Sp. S. dum loquitur de Mari Vitreo, Apoc.* 4. 6. 15. 2. Sed quam elumbe hoc sit argumentum, ex eo patet: quod ne quidem hic ad *Labrum*, nec *Mare Æneum* Salomonis ex sententia *Cl. Vitringæ*, contra Grotium illud probantis, Anacris. Apoc. 4. 6. p. m. 182. edition. ult. alludatur. Hinc *Luth.*, licet alias communi sententiæ pollicem premat, *in adspectu*, & *Villapandus* Tom. II. Part. II. Lib. III. Cap. 4. p. m. 159. *in visione*, reddidere.

§. XI.

Dum ergo nulla harum sententiarum ad verum accedit, illud solummodo restat, ut in verborum significatum inquirentes sedulo, despiciamus, anne sensus alius, omnibus satisfaciens objectionibus, sese nobis oggerat. Eandem tenebimus methodum, ut primo in nativam τȣ̃ צבא significationem inquiramus. Solet ea Radix plerumque distingui a צבה *intumescere*; cum nostri צבא significatus formalis tantum non apud omnes sit, *turmatim convenire in ordine stare*. Sed forte ea de re non absque ratione quis dubitare posset: præterquam enim quod permutatio τȣ̃ א & ה frequens sit, nec probatione indigeat operosa, derivata omnino innuere videntur, non duas, sed unam esse Radicem; vel saltem eas persæpe secum invicem permutari. Ita enim a צבה derivatur צבאות *capreæ* cum א Cant. 2. 7. 3. 5. צבאת *ornamenta* Jer. 3. 19. צבאים *capreoli* 1. Chron. 12. 8. & vice versa צבא *exercitus* Zach. 9. 8. cum ה צבה scribitur, quemadmodum & in plurali צביה *militantes contra eam* Jes. 29. 7. legitur. Quod eo magis notandum est, quia & altera forma צבאים proxime præcedit. Cogitandi illud ansam dat, hæc omnia derivata forsan ad unam Radicem referri posse, eamque & per א & per ה scribi, quod in pluribus aliis verbis locum Grammatici observant. Ita pro צמאון צמרון legitur Ruth. 2. 9. מלו loco מלאו Ezech. 28. 16. בוטה loco בוטא Prov. 12. 18. & in pluribus aliis. Cum vero negari nequeat צבה significatum *ornandi* obtinere, uti ex derivatis liquet, quidni ergo eandem τῷ צבא demus? præsertim cum צבי *Decus*, *Ornamentum*, locis supra cit.

ma-

manifestissima ad צבא allusione, in plurali cum א legatur. Hinc LXX. Gen. 2. 1. וכל צבאם vertunt: Καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν. Vulgatus: *Et omnis ornatus eorum*. Conferatur de hoc loco *Del Rio* Adag. V. T. Part. 1. p. m. 1. 2. Adde Deut. 4. 19. 17. 3. Jes. 24. 21. 40. 26. ubi eadem LXX. habent.

§. XII.

Nec errabit forsitan, qui primam, & maxime propriam verbi hujus significationem illam *ornandi* dicat, unde cæteræ omnes profluxerunt: licet ob paucas illas Linguæ Sanctæ reliquias in Codice V. T. ea notione non occurrat. (*a*) Nullam enim obtinet significationem, quæ non apte ad hanc *Ornatus* reduci possit. Ab ea enim derivatur, quod notet, *Militare*, *Pugnare*, Num. 21. 7. quia nempe milites in ordine collocati elegantem & ornatum oculis præbent adspectum 1. Reg. 27. 16. Notat & *intumuit*, quod (uti *Stockius* in Lex. ad h. v.) decus animum hominis reddit tumidum; *Capream*, vel quia multitudine & fæcunditate sua ornat agrum, vel quia decorum maxime & venustum est animal, uti fuse demonstravit Eruditissimus *Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. III. Cap. 25. p. m. 925. seq. (*b*) Quidni ergo & hoc loco retinemus? cum ex supra dictis liquido constet, nec *ministrandi*, nec *turmatim conveniendi* notionem hic ullo modo quadrare, eamque, quam hic damus, nullis laboret, ut statim videbimus, difficultatibus.

§. XIII.

Sed quid tum vox מראות indicabit? Sæpius illa, ut supra visum, *speciem*, *sub qua quid se ostendit*, *quasi sub imagine & symbolo*, *imaginem*, *figuram*, designat, Num. 12. 16. 1. Sam. 3. 15. quem significatum & heic commode obtinere potest. Atque ita cum eo, tanquam substantivo, conveniet adjectivum צבאות, quod *Vatablo*, ut supra diximus, vero simile visum fuit. Sic ut verba hoc modo vertantur: *Et fecit Labrum Æneum*, *& ejus* כן (de cujus significatione infra) *æneum* cum figuris ornantibus, quæ ornabant ostium Tentorii Conventus. (*c*) Ut ita indicet Sacer *Historiographus*, quod, quemadmodum illud *Aulæum*, quod vicem *Januæ* in Tabernaculo præstabat, *Cherubinis*, aliisque *figuris*, quæ ornatui erant, secundum Exod. 36. 35. condecoratum erat; ita & in hoc *Labro*, juxta illud, tanquam exemplar, *easdem* fuisse sculptas *imagines*. Sic omnis statim evanescet difficultas. Sic opus non erit, *Mulieres* quærere; ubi nullæ sunt. Sic necesse non erit, & *conventus sacros*, & *specula* hic adfuisse, in animum inducere suum. Veram hanc esse loci hujus interpretationem nullus dubito, his adductus argumentis.

I. Quia omnibus omnino difficultatibus satisfacit, quæ in altera Versione supersunt: cum nulla etiam, quocunque modo capias, dari possit ratio repetitionis illius אשר צבאו, *quæ conveniebant*; cum suffecisset dicere, *Labrum* esse conflatum *ex speculis mulierum congregantium ad ostium Tentorii Conventus*; nec Moses soleat verba absque necessitate repetere, quæ tamen hic sufficiens adest, ut nempe indicetur, elegantissimas non tantum, sed & *easdem* fuisse *figuras*, quæ *Velum* Tabernaculi ornabant.

II. Scopo Mosis convenit, de quo confer ea, quæ §. VIII. diximus.

III. Adde quod & *Mare Æneum*, quod in hujus *Labri* locum successit, Templo exstructo, & decem *Labra Salomonæa* talibus *figuris* ornata erant 1. Reg. 7. 24. coll. 2. Chron. 4. 3. & 1. Reg. 7. 29. & 36.

Nec est, quod quisquam cum *Habikhorstio* veterum Interpretum auctoritatem hic objiciat: præterquam enim quod a nullo modo V. C. faveat, sic & LXX. Viralis Versio hic nullius plane momenti est, cum plurima habeat, quæ Hebræa veritas ignorat: ita enim his verbis addit, ἐν ἡ ἡμέρᾳ ἔπηξεν αὐτήν, exhibens porro ea, quæ de usu Labri Ex. 30. 20. seq. exstant. Unde & de LXX. & Chaldæo ita *Cl. Pfeifferus*: *Sed nec de jejunio, nec de oratione in textu exstat vocabulum. Addiderunt illud, ut sua opinione sensum commodius exprimerent*.

(*a*) Monuit me tamen Clarissimus, neque unquam, ob multa in me collata beneficia, sine honoris præfamine memorandus Præceptor ALPHENUS, primum & generalem τῷ צבא significatum optime statui posse ILLUSTREM ESSE, utpote qui talis fit, ex quo cæteri omnes commode deduci possunt. Hinc enim notat *Excercitum*, quod quo quis majori exercitu instructus est, eo est illustrior; *Ornatum*, qui maxime illustriores comitari solet; *Fastum*, qui plerumque ex illustriori statu sequi. *Stellis* tribuitur, quia sunt illustrissimæ. *Capream* designat, vel quia fœcunditate sua illustris est; vel etiam, quia maxima pars divitiarum in re pecuaria, & præcipue in multitudine caprearum sita erat.

(*b*) An vero præter has notiones designet etiam *Tempus determinatum*, *& definitum*, a nonnullis dubitatur. Loca Dan. 8. 12. 10. 1. illud non necessario requirere vult *Gejerus* ad h. l. & Job. 7. 1. 10. 17. 14. 14. Per *Pugnam* verti posse contra Schmi-

Schmidium adſeruit *Habikhorſtius*. Inter ea tamen nihil obſta, cum צבא *militare* notet, quo minus & ejus derivatum *ſtationem moleſtam laarioſam*, a militia deſumta phraſi, deſignet. Probavit illud *Cl. Vitringa* in Jeſ. 40. 1. Tom. 11. p. 3511 cujus verba ea propter adſcribere placet: „ Vox צבא „ ut *agmen*, *exercitum*, *catervam inſtructam ſtationis moleſtæ labrioſæ*, functionis ordinatæ & „ adſtrictæ, certo tempore circumſcriptæ, cujuſ„ modi eſt ſtatio millitaris: eſtque ea ratio, qua„ re *ſtationes & functiones Sacerdotales*, tempore „ certo definitæ, quibus Sacerdotes ſinguli, mole„ ſto & labrioſo opere occupati, militum inſtar „ ſuo ornine poſiti, in Sanctuario defungebantur, „ hac ipſa notione deſignentur. Inde translata eſt „ ſignificatio ad omnem ſtatum humanæ vitæ la„ borioſum, definito tempore limitarum, quo quis „ ordine ſuo inter alios agit & ſubſiſtit, ſuamque „ vitam ſupplet „ Allegat tum Vir Cl. Job. 7. 1. quem vertit: „ *Nonne eſt ſtatio definita, la„ brioſa moleſta homini vivere ſuper terram?* Eodem modo cap. 14. 14. & Dan. 10. 1.

(c) Eædem fere jam fuere *Cl. Hulſii* de hoc loco cogitationes in Diſſertat. ſubjunctis Comment. De Prærog. Iſraelis Priſci Diſſ. XVI. p. m. 685. Paulo tamen aliter rem concepit. Jta enim inquit: „ Neſcio, quid ſibi velint Interpretes, quum ex „ *ſpeculis mulierum* allatis, hoc *Æneum Receptaculum* fabricatum eſſe volunt, decepti detorſione „ loci Exod. 38. 8. quum tamen illo loco ne „ gry reperias de *mulieribus* ad Atrii oſtium con„ gregatis, nihil item de allatis ab hiſce *ſpeculis*. „ ſed tantum de מוראות הצבאות *Moreoth Zebaoth* „ (*Maroth Hattzobheoth*) id eſt *vultibus* ſeu *figuris decoris & circuitus, quæ decorarunt oſtium* „ *Tentorii Conventus*. Significat enim צבי *decus*, „ *decorationem*, *ornamentum*. Unde & Canaan „ *Terra Zebbi*, *Terra decoris*. Confirmat expoſi„ tionem hanc, tum quod *Mare Æneum in* Tem„ plo vere ſtabat *ſuper figuris Boum* aut *Cheru„ bim* 1. Reg. 7. 25. tum quod in janua vere „ erant picti *Cherubim* Exod. 36. 37, & *palmæ* „ Ezech. 41. 25. tum quod & legitur ב *in* & „ *ſuper* his fuiſſe collocatum *Malluvium* hoc „ Colligi poſſe ex his verbis videtur, ſenſiſſe *Virum Cl.* Baſeos locum has figuras occupaſſe, iiſque Labrum incubuiſſe. At vero ſimilius videtur, in ipſo Labro eas fuiſſe; tum quia illa ſignificatio τȣ̃ ב rara omnino eſt; tum quia nulla convenientia inter Boves Maris Ænei & Cherubinos. Vide *Cl. A. W. Melchioris* Diſſ. de Cherub. Gloriæ p. m. 24. in notis; tum etiam, licet Baſeos S. S., de quo poſtea, non meminerit, plura tranſeat, & nihil impediat aliam ei tribuere.

CAPUT III.

De Forma Labri.

SUMMARIUM.

§. I. L. De Dieu *ſententiam de voce* כן *qua* Operculum *eam ſignificare vult*, *proponitur & approbatur*. §. II. כן *non a* כון *ſed Arabico* כנן *derivari debet*. §. III. כנן *quid notet:* כנים pediculi *quare ita dicti* §. IV. *Quid* כנה Pſal. 80. 16. §. V. כן Operculi *ſignificatum admittere*, *ex reliquis ejus ſignificationibus aſſeritur*. §. VI. *Habuiſſe Labrum* Operculum *duabus probatur rationibus*. §. VII. VIII. *Figura Labri*. *Num habuerit Epiſtomia*. §. IX. *Locus ejus*. §. X. *Samaritani & Græci Codicis additamentum de obtectione Labri, cum caſtra moveret Iſrael*. §. XI. *De Labro Templi II. quædam adjiciuntur*.

§ I.

Ex iis, quæ hactenus diximus, dilucide ſatis, ni fallor, patet, verba hæc Exod. 38. 8. non de Materia, ſed *Forma* Labri agere, adeoque hic proprie tractanda fuiſſe, niſi aliter ſuaſiſſent Virorum Doctorum cogitata, quæ modeſte confutanda erant. Pergimus ad ea, quæ porro de ea S. S. refert, ubi ſtatim occurrit illud כן Exod. 30. 18. quod ei adſcribitur, quodque toties memoratur, quoties *Labri* mentio injicitur. Derivant vocem hanc Præſtantiſſimi Philologi a כון *ſtabilire*, reddentes *Baſin* vel *Pedem* LXX. Βάσις. Conveniunt *Onkelos* & *Jonathan*. In dubium tamen eam vocavit Vir plurium Linguarum peritia clarus *L. De Dieu* Crit. Sac. ad h. l. his verbis, quæ, licet prolixiora ſint, adſcribere tamen non pigebit. *Pagninus ſecutus* τȣ̀ς LXX. Et Baſin ejus, *uti &*, 1. Reg. 7. 19. ועל השלבים כן Et ſuper prominentias erat Baſis deſuper. *Malim in utroque loco Tegmen*, *Operculum reddere; nam 1, Reg. 7. 27. Baſis*, מכונה *dicitur*, *& plane erat aliud quam* כן, *ut inſpicienti patebit: fuit enim* מכונה *infra*, *at* כן *fuit* ממעל. *Eſt ubi* כן כנו *pro Dignitate ſumitur*, *in qua quis conſtitutus*, *tegumento eſt*, *& protectioni aliis*. *Sic ſumitur* Gen. 40. 13. 41. 13. *& Dan.* 11. 7. 20. 21. 38. *nam & apud Arabes verbum* כנן (*ad quod nemo negabit formam* כנו *melius quam ad* בון *referri*) *metaphorice* protegere *&* defendere *ſignificat*. Paradoxa omnino videntur hæc Viri Celeb. verba, cum non parum a *Baſi* differat *Operculum*: vera tamen, quod clare patebit, ſi ea, quæ Vir Cl. tribus, quod ajunt verbis propoſuit, quantum parvæ mihi permittunt vires, additis aliis argumentis, ſpectanda dilucidius proponam.

§. II.

Cum proprie a כון *forma* כנו derivari nequeat (uti *Cl. De Dieu*, licet dubitanter illud adſeruerit, negavit): utpote quod maxime in Lingua Sancta eſt anomalum, cum verba Cava, vel Quieſcentia media Vau nec habeant, nec indigeant, loco litteræ alicujus abjectæ. Dages Compenſativum. Atque ita non כנו *Kanno*, ſed כנו *Keno* dicendum eſſet: uti a זד *zed* זדים *zedim*; a לץ *lets*

לצים *letzim*, non לצים *lattzim* derivatur. Quemadmodum & hoc nostrum כן, quando a כון originem suam habet, in plurali כנים *Kenim* occurrit Gen. 42. *19.* 31. 33. 34. Hinc & viri φιλόλογοι ad ipsum hoc כנן refugere necessum habent, ita enim *Cl. Bochartus* Hieroz. Part. 1. Lib. 1. Cap. *9.* p. m. 70. licet כן ad Pihel כונן referat, tandem tamen & huc descendit, Part. 2. Lib. 4. Cap. 18. p. m. 574. Confer *Cl. Coccejum* in Lex. h. v. & *Stockium* p. m. 582. cujus hæc sunt verba: *Dages forte literæ* נ *impressum arguit Radicem* כנן. (*a*)

§. III.

Illud ergo inquirendum maxime, quemnam habet significatum illud כנן. *Bocharto*, loco supra cit. notat *stabilire*, dum ita scribit: *Et eadem notione* (stabiliendi) כנן *olim in usu fuisse, docet, quod nomen* כן *pro basi cum Affixo habeat Dages*. At vero, quod pace manium Viri Summi dictum velim, neutiquam hoc ex eo concludi potest: cum adhuc sub judice lis sit, an כן *Baseos*, an vero *Operculi* significatum obtineat? præsertim cum Derivata hujus verbi reliqua, ceteræque τῶ כן significationes posterius omnino suadere videantur. Robur inesset huic argumento, si clarus adferri posset locus, ex quo liqueret כן notionem *Baseos* habere, quod tantum abest, ut, quemadmodum ex iis, quæ dicturi sumus, patebit, contrarium appareat.

Radix ipsa in S. Literis non occurrit, saltem non ita, ut de ejus significatu judicium formari queat. Ad eam tamen non inconcinne referre possumus nomina propria כנניהו 1. Chron. 15. 22. & 1. Chron. *26. 29.* atque illius Levitæ nomen כנני, cujus fit mentio Neh. *9.* 4. Prius saltem *Hillerus* in Onom. p. m. 311. ad Radicem כנן refert (*b*), quanquam perperam illam ejusdem formæ, atque, ut illius explicatio docet, significationis, cum כון statuat, sed ex his nihil de significatione nostri כנן statui potest. Confugiendum ergo est ad hujus radicis Derivata, atque despiciendum, an non ex illis erui possit, significatu *Obtegendi*, quem teste *Cl. De Dieu* apud Arabes habet, hoc verbum antiquitus apud ipsos Hebræos in usu fuisse. Occurrit hic nobis primo vox כנים, quæ etiam exstat in singulari כן Jes. 51. *6.* secundum *Cl. De Dieu* in h. l. cui adsentitur *Cl. Goussetus* in Comm. Ling. Heb. Rad. כנן p. m. 390. quamque *Pediculos* notare *Cl. Bochartus* docuit. Sed, quænam hujus significationis ratio, non recte *Vir Cl.* adsecutus videtur, dum dicit: *Ut* כן ceu *Basis*, *ita* & כנים kinnim, *pediculi*, nomen habent *a verbo* כנן conen, *quod* firmare & stabilire *est*, *quia* pediculus *firmum & stabile est animal*, & *quod a corporibus* δυςαφαίρετον *non facile eximitur*. Cuivis enim facile liquet, a stabili & firmo corpore pediculos apte denominari non posse, & quid, si illud de pediculis negetur? quod tamen jam non ingredior.

Magis ad rem ita dici queunt, quia corpus humanum obtegunt, & soli in commissuris ejus nidificant. Hinc Arabes eas vocant בנאת אלוזן *filiæ suturarum*, teste *Cl. Bocharto*, non quia a suturis difficile eximuntur; sed quia in iis nidificant, & (ipsius *Bocharti* verbis utor) *firmissime adhærent, quasi capiti & corpori per suturas, & commissuras conjuncti*.

Clarius patebit illud, si verbum maxime affine קנן, quod *nidificare* notat, hic conferamus: cum satis sit demonstratum ק & כ, ut litreras ejusdem Organi, sæpius inter se permutari. Confer *Cl. Vitringæ* Obs. Sac. Lib. 2. Cap. *9.* p. m. 38*9.* 390. Hinc קן, quod in plur. קנים *kinnim* Gen. *6.* 14. 14. occurrit, *nidum*, *mansionem* denotat. Ex quo concludi posse videtur, & primam hujus vocis כן significationem eandem esse, hinc vero translatam ad *pediculos*, quod illi, & quidem soli sint, qui in corpore humano *nidum* suum ponunt.

§. IV.

Non inconcinne forsitan huc referri posset, quod occurrit Psal. 80. 15. *16.* *O Deus Exercituum, revertere quæso, vide de cœlo & adspice, & visita vineam hanc*; וכנה אשר נטעה ימינך. Variæ sunt de voce כנה eruditorum sententiæ. LXX. καὶ κατάρτισαι αὐτήν. *Vulgatus* eodem modo & *perfice eam*, legentes forsan וכלה *Chaldæus* עוברה *planta*, *surculus*, quem plurimi eruditorum sequuntur, conferentes Dan. 11.7. ועמד מנצר שרשיה כנו: *Et stabit ex surculo radicum ejus* planta *ejus*. Alii וגנה & hortum. Kimchi: ויש לפרש כנה כמו מכון והדגש תמורת הנח i. e. *Potest etiam* כנה *interpretari per* habitaculum, *Dages vero est loco Quiescentis*, quem sequuntur *Aben Melech* in Michlal Jophi ad h. l. & *Grejerus*. *L. De Dieu* legendum putat וכלה & *nurus*. Plura qui cupit, adeat *S. De Muis* & *Gejerum* in h. l. At vero liceat mihi pace tantorum virorum dicere, neutram harum sententia-

tiarum apte hic quadrare. Quid enim opus est lectionem sollicitare, cum suppetunt alia? *Surculum* notare nondum liquet, cum nihil impediat, quo minus verti possit locus Danielis: Aliquis de surculo *radicum ejus stabit* (in) *dignitate sua*, id est, regnum, quod occupavit semel, tuebitur strenue, nec dimovebitur illinc a quoquam, ut ita cum *Cl. Gejero* Ellipsis תּוֹ ב, quæ frequens est in S. S. statuatur. Nec apposite satis hic de *sede* cogitatur, cum dura admodum sit Grammatica hæc derivatio, neque exempla a *Gejero* allata id evincant, utpote a כן *Basi*, pro quo dicitur כנו *kanno*, desumta, quod supra refutavimus. Adde, non convenire cum נטעה, quod sequitur, *cum sedes* dici nequeat *plantari*.

Concinne ergo ad hoc nostrum כנה refertur, a quo & derivari debere *Cl. De Dieu* in h. l. fatetur, atque id ita quidem, ut ejus sit *Imperativum* cum *Affixo* tertiæ personæ. Commode sane illud fieri potest. Convenit enim ratio Grammatica, cum *Dages* hic litteræ defectivæ locum suppleat, quæ forma, accedente incremento, his verbis maxime propria est, uti Grammatici observant: quemadmodum eo modo (licet Dages compensatum sit productione vocalis brevis) קבה *Maledic* Num. 22. 17. occurrit. Atque hoc modo tum verti poterit: *Et obtege eam* (vineam), *quam plantavit dextra tua*. Convenit etiam Scopo Psalmi, in quo orant fideles, ut Deus oculo benigno suam velit adspicere Ecclesiam, eamque non amplius hostium exponere furori, sed potentia sua eam *obtegere* & conservare, idque *ob Filium, quem firmavit sibi*. Atque hæc interpretatio eo magis sese commendabit, si observetur, *Obtegere* sæpe pro *Defendere* accipi. Confer Psal. 140. 8. Deut. 33. 12. &c.

§. V.

Sed ad ipsum כן, quo Moses vocabulo utitur, nos conferamus, quod & ipsum etiam pro *Tegmine* vel *Operculo* sumitur. Ita occurrit 1. Reg. 7. 29. ubi sacer Historiographus ועל השלבים כן ממעל: *Et super Prominentias* (vel *Juncturas*, uti *Cl. Majo* placet) *Tegmen desuper*, cum *Basis* vs. 30. מכונה dicatur, hocque כן distinguatur ab ea, ut quod fuit מתחת לכיר *sub Labro*. Quod infert, illud non *Basin*, sed *Operculum* esse reddendum. Eadem notione videtur occurrere versu 31. ejusdem cap. כן ופיהו ענול העשה i. e. *Et os ipsius erat rotundum opus Operculi*, eo modo nempe, quo *Operculum* construitur, sic ut *Bases* hæ, licet ex quadratis partibus constructæ, in rotundum nihilominus desinerent; ita tamen, ut rotunditas illa ubique non æque late pateret, sed superne paulatim inflecteretur, atque sic *Operculi formam* exhiberet. Ad quod indicandum verba hæc ab Historico Sacro addita videntur, cum alias sola vox ענול suffecisset.

Ab hac *Obtegendi* significatione deducendum etiam videtur, quod *Thecam*, in qua aliquid conditur, designet Dan. 11. 38. ולאלה מעזים על כנו יכבר Vulg. *Et Deum fortalitiorum in loco suo honorabit*. Alii *in dignitate sua*. Gejerus *in sede sua Regia*. Apposite ad rem *Cl. Coccejus* in Lex. ad h. v. *Deum Arcium in Theca sua honorabit* i. e. *in tegumento, loculamento suo*. Confer *Cl. Vitringa* in Jes. 23. 23. p. m. 264.

Confirmatur porro hæc significatio ex altera illa, qua *Dignitatem*, *Eminentiam* designat, Gen. 40. 13. &c. quia is, qui in Dignitate est constitutus, obtegit, & defendit alios. De quo vide *L. De Dieu* & *Gejerum* in Dan. 11. 7.

§. VI.

Satis superque liquet ex his, quæ dicta sunt, vocem hanc Operculi significatum commode admittere. Probandum restat, ita necessario in hoc, quem tractamus, loco verti debere. Docent id sequentes rationes.

I. Quia omnino necessarium fuisse *Operculum* videtur: cum enim hoc Labrum, & Holocaustorum Altare Æneum sub dio non procul ab invicem collocata essent, hinc ob pulverem & cineres, quos excitabant holocausta, necessarium fuisse videtur *Operculo* Labrum tegere, ne aquæ hæ, quæ leviter, imo juxta Rabbinos, per pernoctationem impurari poterant, inquinarentur, & ita ad lotionem ineptæ redderentur. Alia plane ratio erat Templi Salomonæi, cujus Mare tale habuisse *Operculum* non legitur, cum Atrium non tantum esse majus, atque adeo hæc impuratio non ita timenda; sed & semper nova aquæ copia afflueret, quæ per tubulos illud ingrediebatur, de quo confer *Dissertat.* meam de Mari Æneo §. XVI.

II. Nec illud absque ratione est, quod Moses, quotiescunque, *Labri* hujus meminit, semper hujus כן mentionem

nem addat; præsertim quando de initiatione & sanctificatione ejus verba facit את כיור ואת כנו *Labrum & operculum ejus* Exod. 30. 28. 31. 9. 35. 16. 38. 6. 39. 39. 40. 11. Levit. 11. 8. Si jam כן *Basin* vel *Scapum* notaret, nulla poterit dari ratio, cur ejus semper distinctam addat Moses mentionem, cum tum non duas, sed unam cum Labro partem effecisset. Adde quod in sanctificatione *Labri* & ejus *Basis*, tanquam ipsi adhærens, sanctificata fuisset. At vero *Operculum*, utpote a Labro distinctum & divisum, & seorsim commemorari, & initiari debuit.

Cujusnam vero illud *Figuræ* fuerit, determinari nequit, cum de eo plane Historia Sacra sileat, addens solummodo, illud ex *eadem materia*, qua *Labrum* נחשת nempe, constitisse, unde nihil prorsus de eo affirmari potest.

Sed non ita, ea quæ diximus, capienda sunt, ac si omne prorsus fundamentum huic Labro denegaremus: Nequamquam, sed illud Sacra Scriptura non commemorat, cum plurima alia, ad illud spectantia, silentio involvat. Quemadmodum nihil de *Figura* & *Capacitate*, ita & nihil de hac *Basi* meminit.

§. VII.

Habes B. L. quæ de *Forma* Labri annotari voluerit Israelis legislator. Non tamen hic subsistunt Rabbini, quibus scilicet nihil debet obscurum esse, vel latere. Describunt illi nobis porro *Figuram* Labri ut *Ollæ* alicujus. *Jarchi* in Exod. 30. 18. הכיור כמין דוד גדולה ולה דדים המריקים בפיהם מים: id est: *Erat Labrum instar* Ollæ *alicujus magnæ, erantque illi Epistomia, aquam ore suo emittentia*. Eadem habet *Aben Melech* in h. l. De *Magnitudine* observant, ad minimum fuisse tantum, ut quatuor Sacerdotes simul possent lavare manus & pedes, *Maimon.* de Ratione Adeundi Templum Cap. 5. 6. XIII. ex versione *L. G. Du Veil* in Fascic. Roterod. p. m. 201. *Quantum igitur aquæ in Labro requirebatur? Non minus, quam unde Sacerdotes quatuor manus & pedes consecrarent: scriptum est enim, Aaron* & *Filii ejus* (*Exod.* 30. 19.), *hi autem erant Eleasar, & Itamar; & cum his etiam fuerat Pinees. En igitur numero quatuor.*

§. VIII.

Rotundum fuisse non tantum ex iis, quæ supra de Opere Operculi diximus, sed etiam ex Figura *Maris Ænei*, quæ rotunda fuit 1. Reg. 7. 23. colligi potest, cum illud, ad hujus Labri Formam, quantum fieri potuit, exstructum sit.

Sed & Labro *Epistomia* adscribunt, uti supra ex *R. Salomone* audivimus, ex quibus aquæ in subjectum aliqnod *vas ambiens* defluebant, idque non sine ratione: cum prorsus incommodum sit statuete, Sacerdotes in ipso Labro manus pedesque lavasse, quia ex unius lotione aquæ impuræ, atque sic ad cæterorum lotionem ineptæ redderentur. Et non obscure illud ipsa S. Scriptura indicare videtur, cum dicit ורחצו ממנו *Et lavabunt ex eo*, non *in eo*. Confer *Aben Melech* in h. l. Nisi quis statuat vase alio Sanctuarii ex Labro fuisse haustam aquam ad lavandum, uti *Ainsvvorthus* iu h. l. rem concipit, cui favent *Maimonidis* verba l. c. §. 10. Quod &, ut verum fatear, simplicius, & verbi S. Historici maxime conveniens videtur: cum in genere dicatur ממנו *ex eo*, id est, *aqua*, ex eo, alio Vase hausta, *lavandum esse*. Quando nec *Epistomia*, nec *Cupa* talis erunt necessaria.

§. IX.

Quod ad *Locum* Labri, collocavit illud Moses, uti Exod 30. 18. dicitur בין אהל מועד ובין המזבח *Inter Tentorium Conventus & Altare*. Quod tamen non ita capiendum est, ac si medium inter illa locum occuparet, sed ut paululum ad meridiem protraheretur. Docet id *R. Salemo* Exod. 30. 19. ובין מזבח העולה שכתוב בו שהיה לפני פתח אהל מועד והיה הכיור משוך קטעא ועומד בנגד אויר שבין המזבח והמשכן ואינו מפסיק כלל בינתים משום שנאמר ואת מזבח העולה שם פתח משכן אהל מועד כלומר מזבח לפני אהל מועד ואת כוור לפני אהל מועד הא כיצד משוך קטעא כלפי דרום כן שנויה בזבחים! *id est* Et inter Altare. *Intellige Altare Holocausti de quo scriptum est*, fuisse illud ante ostium Tabernaculi Conventus (Exod. 40. 6.). *Fuit autem Labrum pauo protractum, atque stabat e regione spatii quod est inter Altare & Tabernaculum non tamen omnino distinguebat inter duo illa, quia dicitur, & Altare Holocausti posuit ante ostium Tentorii Conventus* (*Exod.* 40. 29.). *Ac si diceret, Altare fuit ante Tabernaculum Conventus, non vero ante Tabernaculum Conventus Labrum erat, quomodo ergo stabat? paulisper*

per fuit protractum versus meridiem . Ita traditur in (Tract. Talm. qui agit de) *Sacrificiis* . Eodem modo nempe quo Labrum Templi II. fuit collocatum , de quo Midd. Cap. III. §. VI. traditur, quod *esset inter Porticum & Altare , ac protraheretur versus meridiem.*

§. X.

Cum vero nihil S. S. addat , quomodo , cum castra moverent Israelitæ , Labrum hoc , loco suo dimotum , a Levitis portaretur , hinc mirari subit unde hauserint LXX. & *Cod. Samar.* cum Num. 4. 19. modum portandi ita describunt : Καὶ λήψονται ἱμάτιον πορφυροῦν καὶ συγκαλύψουσι τὸν λουτῆρα, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ, καὶ ἐμβαλοῦσιν αὐτὰ εἰς κάλυμμα δερμάτινον ὑακίνθινον , καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπ᾽ ἀναφορεῖς : id est , *Et accipient* (Levitæ) *vestem purpuream , & obtegent Labrum & Basin ejus , & involvent ea Operculo polliceo hyacinthino , & imponent super vectem .*

Unde hanc hauserint additionem non liquet . Fortassis , cum nullum vestigium appareat illi traditioni , laciniam hanc addiderunt , quod omnia Tabernaculi Vasa , minimis non exclusis , *Operculum* tale jussu Divino habuisse , viderent , neque adeo illud *Labro* huic , quod & inter instrumenta sancta reputatur , denegari posse existimarent , licet Critici profani , *Capellus* in Crit. Lib. 3. Cap. 20. §. 16. & *Whisthonus* in Tentamine Restaurandi Text. Heb. *Anglice edit. pag.* 63. locum hunc in Hebræo Textu omissum , & ex Cod. Samarit. & LXX. restituendum , velint . Sed recte eos refutarunt *Cl. Buxtorfius* Vind. Crit. V. T. Part. 2. Cap. 7. p. m. 518. & *J. G. Carpzovius* in Vind. Crit. Cod. Heb. contra Whisthonum p. m. 46. 47. cum nec *Onkelos* , nec *Latinus* , vel *Veterum* aliquis eum legat . Num veto & illud conveniat , quod uterque V. Cl. adferunt , *Labrum* subintelligi posse , quando Moses vs. 12. summatim את כל כלי השרת אשר ישרתו בם בקדש: *Omnia vasa ministerii , quibus ministrant* Sacerdotes *in Sanctuario , uno velut complexu nominat , ne minutatim singula persequi , & ordine percensere , quod nimis fuisset prolixum , necesse haberet* , non video : cum כל non in genere totum complexum , sed etiam *maximam partem* sæpe exprimat Exod. 9. 25. coll. 10. 5. 2. Sam. 16. 22. 17. 14. idque eo magis , quia mox vs. 13. *Altare* . quod proximum locum Labri in Atrio occupabat , cum instrumentis suis , etiam minimis , *acerris* & *fuscinis* , tantum velamento tectum , legatur.

Ad verum ergo propius mihi accedere videtur , Labrum *sine obtectione* semper oculis populi conspicuum mansisse , rationemque (licet & aliæ , cum *Buxtorfio* , nobis ignotæ adesse potuisse haud negemus) ejus mysticam esse , ut esset viva imago gratiæ Divinæ , semper instar salientis fontis apertæ , ut per lotionem novæ generationis in sanguine Christi , manus suas pedesque lavarent fideles.

§. XI.

Lubet nunc pauca quoque de Labro *Templi II.* , antequam ad usum me confero , addere . Describunt illud Magistri ; ut , quod cum antea *duo* haberet *Epistomia* , a filio Catini *decem* auctum , *duodecim* possidebat . Ita enim Joma Cap. 3. §. 10. בן קטין עשה שנים עשר דד לכיור שלא היו לו אלא שנים . id est (vertente Sheringhamo) *Catini filius fecit* duodecim Epistomia *labro , cum antea* duo *tantum habuerat* . Ratio in *Gemara* datur : כדי שיהיו שנים עשר אחיו הכהנים העוסקים בתמיד מקדשין ידיהם ורגליהם בבת אחת: id est *Ut duodecim ipsius fratres operantes sacrificio jugi sanctificare possent manus & pedes simul* . Confer *Wagens.* Sotha p. m. 357. 358. Idem Catini filius *Machinam* ad aquarum conservationem Labro addidit , uti statim in *Misna* cit. loc. subjicitur . Hinc *Maim.* Beth. Habb. C. 3. §. 18. *Labro conjunctum erat aliud vasis genus , in quo perpetua contineretur aqua , idque vas erat profanum , ut in eo pernoctans aqua non vitiaretur . Labrum enim erat e vasis sacris unum , & sanctum efficiebat , quidquid recipiebat , quod autem sanctum efficeretur in aliquo vase sacro , hoc idem , si in eodem vase pernoctasset , vitiaretu .* De hoc מוכני *Machina* variant maxime sententiæ , quas collegerunt *Lundius* in veteri Judæorum Sanctuario Lib. 2. Cap. 15. p. m. 312. 313 & *Sheringhamus* ad l. Jomæ cit. p. m. 36. *Abrh. Ben Dior* in כסף משנה ad Maim. loc. cit. *Maimonidis* verba innuere videntur *fabricam* fuisse , & quidem *ligneam* (uti loco alio etiam Magistri dicunt) , in qua de nocte condebanr aquam , ut a pollutione maneret libera . In cœteris , cum nihil de eo Rabbini (quod novi) scriptum reliquerint , cum *Labro* Mosaico conspirasse videtur ; uti quoque eundem cum Mosaico *locum* occupavit *Midd.* Cap. 3. §. 6. כיור

6. כיור היה בין האולם ולמזבח ומשוך כלפי הדרום: *Labrum erat inter Porticum & Altare, ac protrahebatur versus meridiem*. Spatium vero, quod inter utrumque erat, ita l. c. describunt: בין האולם ולמזבח שתים ועשרים אמה היו: i. e. *Inter Propylæum & altare XXII. duorum cubitorum* spatium *fuit*.

(*a*) Si tamen quis (licet ἀνομάλως) derivationem ejus a כון tueri vellet, nec illud nostræ oberit sententiæ, cum *Operculi* forte aptius, quam *Baseos* notio ex illa deduci queat, siquidem prima sua significatione notat *Aptare*, *Disponere*. Unde ad significandum *Operculum* transfertur, quod illud vasi, cui imponitur, aptatur.

(*b*) In Hierophytico tamen omnia hæc nomina ad hanc Radicem refert, atque illius λείψανα judicat P. 1. p. m. 272. Nihil tamen de significatione addit.

CAPUT IV.

De Usu Labri.

SUMMARIUM.

§. I. *Usus Labri. Aqua qualis requireretur*. §. II. III. *Lotionis ritus ex* Maimonide *&* aliis *fuse exhibetur*. §. IV. *Institutum hoc de lotione ad Turcas & Gentes transivisse ostenditur*. Spencerus *notatus*. §. V. *Alius Labri usus in exploratione Sotæh*. §. VI. *Num duo fuerint Labra, alterum Sacerdotum lotioni, alterum carnium sacrificalium ablutioni destinata?* §. VII. *De sensu mystico quædam adjiciuntur*.

§. I.

USum hunc Moses Exod. 30. 19. 21. proponit. Erat is, ut immissa aqua Sacerdotes lavarent manus & pedes. Juvat hoc illustrare verbis *Maimonidis*, licet plerisque jam ab aliis citatis. Ita ipse de Aqua hac in Tract. de Ingressu Sanctuarii Cap. V. §. 12. ex versione *L. C. de Veil.* in Fascic. Roterod. p. m. 200. seqq. *Ad istam vero consecrationem quævis aqua apta erat, jugis, & conclusa, modo non esset hujus immutata species, sed faciem haberet aquæ, qua ad lustrandum corpus uti licet. Minutum illud luti genus, unde bos inclinata aquam fere sorbet, requisitam in labro mensuram aquæ complebat. In summa quidquid aquæ modum conceptaculo præfinitum replebat, idem explebat & mensuram aquæ labro constitutam.*

Quantum *Aquæ* in Labro hoc ad lotionem Sacerdotum requireretur, supra visum est: sed aquam, si pernoctet in eo, impuram fieri Judæi volunt. Hinc Maimonides: *Quæ Labro continebatur aqua, ea nocte, sicut ante dictum est, profana fiebat, horum igitur alterutrum fiebat, aut singulis noctibus vel in aquæ Receptaculo, vel in fonte submergebatur, & postero die mane extrahebatur, aut hoc idem, aqua singulis diebus primo diluculo complebatur* loc. cit. §. 14. Huc pertinet מוכני *Machina* illa, de qua supra cap. 3. §. 11. pag. 72.

§. II.

Aqua hac *Lavare* se debebant אהרון ובניו *Aharon & filii ejus*, quo nomine non tantum ipse, vel successores, aut filii stricte sic dicti, sed & omnes Sacerdotes, sunt intelligendi: uti sæpius in S. S. accipitur. Confer Exod. 28. 35. 40. 29. 5. 8. Et dilucide illud indicatur 2. Chron. 13. 10. 11. *Sacerdotes autem ministrantes Jehovah, sunt Filii Aharonis &c.* Personæ hæ aqua hac *Lavare* debebant ידיהם ורגליהם *manus & pedes suos*: siquidem *manus* de nocte omnino impuræ, & ad sacrum peragendum ministerium ineptæ reddebantur *Maim.* l. c. §. 8. *Pedes* vero, cum discalceati & nudipedes sua præstabant in Sanctuario officia Sacerdotes, ob pulverem, quo conspergebantur, & inquinabantur, necessario indigebant *Lotione*. Optime hic iterum Maimonides l. c. §. 3. 5. *Ut sacerdos inter unamquamque lotionem lavaret, opus non erat, mane semel lavabat, & tota deinde die, totaque nocte operabatur, siquidem nec e Templo exierat, neque somno se dederat, neque urinam fecerat, neque porro a re divina cogitationem averterat, qui si quid horum fecisset, rursum lavaret, oportuisset. Sin e Templo exiisset, atque redisset, & omissa lavatione operaretur, modo cogitationem a re divina non avocasset, operatio ejus bona fuisset. Nam hæc Templi cautio generalis erat. Nemo quamvis mundus ingrediebatur atrium operaturus, quin prius corpus totum in aquam immersisset, &c.* Confer ea, quæ porro ibi, & præcipue §. 8. & 16. addit (neque enim omnia exscribere lubet, & *Sheringhamum* ad Joma p. m. 29. & 84. Hausit hæc *Maimon.* ex Joma Cap. 3. §. 2. זה כלל היה במקדש כל המיסך את רגליו טעון טבילה וכל המטיל מים טעון קידוש ידים ורגלים: i. e. *Hæc generalis fuit regula in sanctuario, ut quisquis texerat pedes suos, lavaret; qui etiam aquas ejecerat, manus & pedes sanctificaret*. Tam rigide hanc *Lotionem* exigebant, ut idem *Maimonides* asserere haud vereatur: קדש

ידיו

ידיו היום צריך לחזור ולקדש למחר אף על פי שלא ישן כל הלילה שהידים נפזלות בלינה קדש בלילה והקטיר החלבים כל הלילה צריך לחזור ולקדש ביום לעבודת היום: i. e. *Si quis hodie manus ſuas conſecraverat, craſtina die neceſſe habet, ut conſecret iterum, quanquam tota nocte non dormiverit; pernoctatione enim creduntur manus pollutæ. Si conſecraſſet nocte, totaque illa nocte adoleviſſet adipes, neceſſe habet, die facto, ut conſecret denuo ad miniſterium diei*. Et iterum §. 3. אין אדם נכנס לעזרה לעבודה אפילו טהור עד שיטבול: i. e. *Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, antequam laverat*.

Quomodo hæc *Lotio* perageretur oſtendit *R. Salomon* in Exod. 30. 19. בבת אחת היה מקדש ידיו ורגליו וכך שנינו בזבחים כיצד קדוש ידים ורגלים מניח ידו הימינית על רגלו הימינית וידו השמאלית על רגלו השמאלית ומקדש: i. e. *Simul ſanctificabat manus & pedes ſuos. Atque ita didicimus in* (Tractatu qui agit de) *ſacrificiis* (Cap. 2.) *Quomodo ſanctificabat manus & pedes ſuos? Imponebat manum dextram pedi dextro, & manum ſiniſtram pedi ſiniſtro, atque ita ſanctificabat*. Addit Maimonides l. c. §. 16. & 17. *Non conſecrabat autem manus ſedens: quia & conſecratio illa erat quaſi ſacrificium, quod utique ſtantem facere oportebat, ſcriptum eſt enim:* Ut ſtet & miniſtret (Deut. 18. 5.). *Nam ſi quis ſedens rem divinam feciſſet, utique profanaſſet, ejuſque operatio tota nulla haberetur*.

Patet ex his, quod *Lotio* hæc *manuum pedumque*, cum Templum ad S. miniſterium ingrederentur Sacerdotes, peragenda fuerit, ut opus non ſit plura adjicere. Confer *J. Hammium* Exercit. Philol. de Ara Interiori. Part. 2. p. m. 131. ſeq.

Ritus hic erat ſacerdotibus injunctus לחק עולם *in ſtatutum æternum*, per totam ſuam vitam, quandiu externæ illæ Ceremoniæ eſſent duraturæ, & quidem *Ne morerentur*, cum Deus nullam cum impuris exercere poterat communionem. *Maimonides* l. c. Cap. 4. §. 1. 2. *Sacerdos immundus, ſi in Templo operaretur, profana fuiſſet Operatio; & meruiſſet, ut de Operatione divina vis eum morte multaret, idque etiam tum, cum omnino moram in Templo feciſſet nullam. Nam quod in lege eſt* (ut caveant ab his, quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael, & non contaminent nomen ſanctificatorum mihi Lev. 22. 2.), *id admonet, ne quis immundus ſacris operetur. Porro autem a lege dicitur:* Et moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud (ibidem vſ. 9.) *Ut igitur hac, item & ſuperiori illa profanatione Sacerdos meruiſſet, ut divina vis eum morte multaret. Jam quoſcunque rei vetitæ ſontes divina vis morte, eoſdem & judices verberibus etiam multabant uſque. Ita res erat, etiamſi Sacerdos immundus ſacra fecerat, tamen a ſenatu quidem verberibus duntaxat coercebatur. Verum enim fratres Sacerdotes hominem in jus non deducebant, ſed ex Templo foras protracto cerebrum diminuebant, nec eos impediebat quiſquam*.

§. III.

Manavit *Inſtitutum* hoc Divinum ad *Turcas*, quin ad ipſas *Gentes*, quæ & illud fuere ſecuti. Immane hinc eſt apud *Turcas* piaculum illotis pedibus & veretro templum ingredi: frequenti enim corporis *lotione* animi ſordes elui arbitrabantur. Confer *Dilberrum* in Farrag. Rit. Sacr. & Secul. Lib. I. Cap. 11. in Faſcic. Roterod. tom. 8. p. m. 7. *Thevenotium* Itin. Part. I. Cap. 23.

Simili *Gentiles* ſuperſtitione faſcinabantur. Hinc illud *Plauti* in Aulul. Act. 3. Sc. 6. vſ. 46.

> *Ego, niſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacrificem.*

Et Act. 4. Sc. 2. vſ. 5.

> *Nunc lavabo, ut rem divinam faciam.*

Analogum maxime huic Hebræorum ſtatuto eſt, quod de Ægyptiorum Sacerdotibus refert *Herodotus* Lib. 2. 37. λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός. i. e. *Lavantur bis ſingulo die, & bis noctu*. Hinc & ipſi Gentiles ad fores Templi *Aquiminale* quoddam magnum habebant, quales fere tinctorum cortinæ, in quod mergebant titionem ardentem ab ara ſumtum, quando victima adoletur, eaque aqua omnes, qui Templum ingrediebantur, ſeſe adſpergebant ipſi, aut a Sacrificulis adſpergebantur, ut docet *Caſaubonus* ad Theophraſti Charact. p. m. 287. 288. Quin ulterius progrediebantur, ut non ſolum in Templis talia eſſent *Aquiminalia:* ſed etiam ad fori introitum, & ad fores privatarum ædium, tantiſper dum illæ funeſtæ eſſent; & dum efferretur, qui obierat, vas magnum ſtatueretur, *aqua luſtrali* plenum, quæ eſſet e domo non funeſta allata, qua ſe quiſque exiens adſpergeret, ut idem Vir Clar. docet. Hinc *Heſiodus* Ἐργ. καὶ Ἡμ. vſ. 724.

Μή

Μήδε ποτ' ἐξ ἠῶς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χέρσιν ἀνίπτοισιν μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν,
Οὐ γὰρ τοίγε κλύουσιν ἀποπτύουσι δὲ τ' ἀράς.

Id eſt;

Neque unquam mane Jovi libato nigrum vinum
Manibus illotis, neque aliis immortalibus,
Neque enim illi exaudiunt, reſpuunt vero etiam preces.

Hinc arcebantur a Templis, qui manus impuras habebant. Huc ſpectat, quod *Ælianus* Lib. 3. Variar. Hiſt. cap. 44. narrat. Adoleſcens, poſtquam ſocium interemerat, Pythiam conſulens, hoc reſponſum tulit:

Ἐκτείνας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, οὐ σε μιαίνει
Αἷμα πέλεις δὲ χεροῖν καθαρώτερος, ἢ πάρος ἦσθα.

Id eſt:

Adjutans ſocium perimis, nil polluit iſta
Te cædes, manibus mage purum, ac ante ſolebas.

Tibullus Lib. 2. Eleg. 1. verſu 13.

Caſta placent Superis, pura cum veſte venite,
Et manibus puram ſumite fontis aquam.

Hinc factum eſt, ut crederent, Deos nullos adſpicere, nullis apparere, niſi qui puri probique eſſent: uti probant *Pricæus* & *Elſnerus* in Matt. 5. 8.

Plura de ritu hoc Gentilium dabunt *Dougtæus* Anal. S. Part. I. Excurſ. 128. p. m. 218. ſeqq. *Broekhuſius* ad Tibullum l. c. p. m. 211. 212. & Lib. 4. Eleg. 4. vſ. 24. p. m. 393. 394. *Junius* Animad. pag. 193. præcipue *Feithius* Antiq. Hom. Lib. 1. Cap. 6. pag. 31. ſeq. Edit. II. quæ jam prælum exercet.

Sed non eo uſque illud erit extendendum, ut cum *Spencero* harum purgationum originem a Gentilibus, Deum diaboli ſimium facientibus, repetamus: cum jam mature admodum in Hebræorum familia *lotionis ritus* viguerit, jam a Jacobo adhibitus Gen. 35. 3. Unde vero ſimilius videtur, primitus hanc טהורה *mundationem* apud eos fuiſſe uſitatam, hinc vero ad Ægyptios cæteraſque Gentes eſſe translatam. Confer fuſe illud demonſtrantes *Cl. Witſium* in Ægyptiacis, & *D' Outreinium* Diſſert. ſubjunct. Tom. 3. Comm. in Epiſt. ad Heb.

§. IV.

Ac vero ad *Lotionem* non tantum hoc Labrum adhibebatur; ſed & ejus uſus erat in exploratione *Sotah*, ſive mulieris adulterii ſuſpectæ. Tum enim Sacerdos *Phialam* adducens, eam ex hoc Labro aqua complebat, ſi fides Rabbinis in Miſchna Sotah Cap. II. §. II. היה מביא פיילי של חרש חרשה ונתן לתוכה חצי לוג מים מן הכיור וגו׳: i. e. *Attulit* (Sacerdos) *Phialam fictilem novam, atque in eam e Labro ſemiſextarium aquæ infundebat*. Ubi confer quæ *Cl. Wagenſeilius* ad h. l. p. m. 355. ſeqq. annotavit.

§. V.

Magis etiam quam vero ſimile videtur, in hujus *Labri* aquis, illas *Sacrificiorum partes*, quas Lev. I. 13. lavari juſſerat Legislator, ablutas fuiſſe. Eorum enim haudquaquam ſeſe commendat nobis ſententia, qui *duo* in Tabernaculi Atrio *Labra* concipiunt, quorum alterum *Sacerdotum* lotioni, alterum *Carnium Sacrificalium* ablutioni deſtinatum erat. Neque loca Exod. 30. 18. 31. 9. Lev. 8. 8. 1. Sam. 2. 14. eum in finem citata, illud evincunt: cum priora *tria* de *noſtro* hoc *Labro* agere cuivis pateat inſpicienti; *ultimus* vero non de Labro, ſed de *Lebete*, in quo aliquid coquitur, in genere mentionem faciat. Confer *Lundium* in Veteri Judæorum Sanctuario Lib. I. Cap. 31. p. m. 170. 171. *Ablutio* autem hæc *non in ipſo Labro*, ſed in aqua, vaſe alio Sanctuarii ex eo hauſta, facta videtur, ne omnis copia profanaretur, & ad lavandum inepta redderetur. Confer ſupra Cap. 3. §. 8. pag. 65. 66.

§. VI.

Reſtaret ut de *myſtico* Labri *ſignificatu* quædam adjicerentur: ſed cum illud jam fuſe ſatis a V. V. D. D. præſtitum ſit, & huic nos ſuperſedemus labori. Conſuli poteſt Clariſſimus & maxime Venerandus Præceptor *F. A. Lampe* de Fœd. Grat. Part. 3. Tom. 2. cap. 26. §. 21. p. m. 1225. ſeq. *Bierman* Moſes & Chriſtus, *Hermkuiſen* in Libro ſupra cit. de Lege Umbrar. *Theop. Amelius* Libro German. Grötzerung der ſchwerſten ſchriftſtellen im A. T. P. I. p. m. 1044. ſeqq.

LEONH.



LEONH· CHRIST· STURMII
DISSERTATIO
DE MARI ÆNEO.

I.

DE Labro Æneo Salomonis, stupendo illo, nec minus ob magnitudinem quam artificium & elegantiam incomparabili, salientium fontium archetypo acturi, forte non paucis videbimus Iliada post Homerum canere, vastumque Oceanum affusa pateræ lympha augere velle. Præsto nobis sunt Vilsalpandi, Reyheri, Lundii, Meli, o qnanta eruditi orbis lumina, quam omnis generis eruditione ornatissimi, quam multis nominibus suspiciendi, judiciique & ingenii laude celebratissimi Viri, quorum in scriptis, de hac re uberrimis, neque eruditionem neque doctrinam requiras, & sive copiam sive selectum, sive perspicuitatem sive elegantiam spectes, omnia deprehendas elimatissima. Id quod sine dubio reliquorum interpretum plerosque securos, non paucos etiam oscitantes reddidit, ut in quovis alio scripturæ loco enodando majus operæ pretium statuentes, locorum, qui de *Mari Æneo* agunt, difficultates, repetitis saltem modo laudatorum virorum cogitatis penitus solutas esse considerent.

II.

Nihilominus pro libertate in his rebus sentiendi, quam sola sacrarum literarum auctoritas & non fucata erga Deum pietas coercet, nulla vero hominis auctoritas constringere jure potest, fateor difficultates, quas duorum locorum 1. Reg. VII. 23. sequ. & 2 paral. IV. 2. sequ. ἐναντιοφανία parit, per omnes illos auctores anxium me, sed Theseum frustra in hoc Labyrintho, Palinurum in hoc Oceano exoptantem, circumegisse. Equidem memor in ejusmodi angustiis esse soleo, verbum Dei scriptum hypostatici quandam quasi imaginem esse, & verborum involucris, carnali homini despicubilibus, eximios veritatis ac sapientiæ thesaurcs abscondere, quemadmodum hoc divinam majestatem vilissimi hominis specie obvelavit. Ea propter jamdudum e castris eorum aufugi, qui, nescio an non ausu parum verecnndo, statuunt, sphal-

mata amanuensium incuria in textum originalem irrepsisse, multo minus temeritatem eorum plane abominandam tolerare possum, qui rem aliquam falsam esse, ex eo satis pueriliter argutantur, quia angusta ratione sua, quæ tantum non indies in rebus minimi momenti terrenis hallucinatur, metiri nequeunt. Quibus, nisi frontem perfricuissent, vel sola Mathesis incomprehensibilibus suis pudorem incutere deberet. Ex adverso autem ob tantas difficultates id animum inducere non potui, ut pietate illa adquiescens, ab ulteriori scrutinio desisterem, quin potius vel in hisce aliquid audere pulcrum duxerim. Siue enin ad Deum, quo præcipue decet, animum attollo, cur dubitarem ejus gratia, quæ neque personæ nec tempori, nec loco sese unquam adstringit, in hac re aliquid mihi luminis allabi posse; sive ad heroes illos literarios defecto, cur iter aggredi metuerem, postquam illi tanto labore viam straverunt.

III.

Hæc ita cogitanti animum addiderunt icones, quibus hi ipsi figuram maris æneis alius aliter expresserunt. Cum enim universi Templi omniumque reliquorum vasorum decus ac splendor, qui omnia omnium retro ac porro memoria extructa ædificiorum prodigia longis intervallis post se reliquit, in illo stupendæ magnitudinis vase sine dubio peculiariter eminuerit, nihil contra nescio quid humile & agreste, nec loci tantum & conditoris majestate, sed erogatis etiam sumtibus pene immensis, adhibitoque artificio plane admirando dignum deprehendimus. Cum mare æneum eo in loco, quem occupavit, procul dubio egregium & divini aliquid undique præ se ferentem operum dispositionem non parum auxerit, in his nihil reperio, quod cum ulla Templi supellectili secundum symmetriæ regulas conferri possit. Cum denique usus illius capedini non congruus esse non potuerit in his potius animadverto, quod ne soli quidem usui, quem Auctores eorum allegant, idoneos sese præstent.

IV.

Quo minus vero linguarum orientalium imperitia ab instituto deterrerer, Ebraicæ nimirum cognitione obiter saltem instructus, Syriaca vero, Arabica & similibus penitus destitutus, animum eorundem virorum celeberrimorum solertia obfirmavit. Quid enim per tuam gratiam, Bone Deus, e reconditissimis linguarum illarum thesauris non eruerunt? quid ex abditissima, immo cimmeriis quasi tenebris damnata judaicarum rerum antiquitate intentatum reliquerunt, quin vel obtorto collo in lucem protraherent? quæ rudera punicæ etiam & Barbaricæ eruditionis non perreptarunt, ut amissas radices ab istis ruinis liberatas suis linguis restituerent. Nos in eorum bona, tanto sudore parta, læti succedimus, quæque multorum annorum lucubratione congesserunt, communi quodam jure, sine labore, omnia vel unius diei spatio arripimus.

V.

Horum vero exemplum æquum est ut in posterorum quoque gratiam imitemur, & ad instar frugalium patrum familias, non solum majorum providentia nobis comparata, sobria dispensatione tueamur, sed nostra etiam, quisque pro virili conferamus. Adeo in præsenti quoque instituto, quod avidæ veritatis posteritati totis horreis admetiri nequeo, vel spicilegiis accumulasse non erit pudori. Forte methodo eclectica nonnihil lucis rei nondum satis declaratæ fœnerabimur. Neque dubito Mathesin cum e sua penu, tum e subordinatis mechanicorum, sculptorum & hydraulicorum, nec non eorum officinis, qui mettallorum conflatura occupantur, non pauca nobis subministraturam esse, quæ alibi frustra quæras. Age igitur, jure merito jam excusso pudore, ad rem ipsam accingar, ante omnia, quæ circa mare æneum observanda sunt, enarraturus, deinde supra laudatorum auctorum aliorumque hypotheses breviter, perspicue, & qua fieri decet fide in scenam producturus, e quibus postea, quæ optima videbuntur, seligemus, reliqua modesta epicrisi dimittemus, ut tandem nostra qualicunque symbola collata, certam denique, suisque numeris quodammodo absolutam, Maris ænei ideam eliciamus.

SECTIO I.

Phænomena Maris æneí breviter recensens.

I.

Textus 1. *Reg. VII.* 23. *ſequ. cum inſertis textus* 2. *Chron. IV.* 2. *ſequ. ab eo differentiis*,

ויעש את הים מוצק עשר באמה משפתו
עד שפתו עגול סביב וחמש באמה קומתו
וקוה שלשים באמה יסוב אותו סביב ,
{ ופקעים מתחת לשפתו / ודמות בקרים תחת לו } סביב סובבים
אותו עשר באמה מקיפים את הים סביב
שני טורים { הפקעים / הבקר } יצקים ביצקתו ,
עומד על שני עשר בקר שלשה פונים
צפונה ושלשה פונים ימה ושלשה פונים
נגבה ושלשה פונים מזרחה והים עליהם
מלמעלה וכל אחוריהם ביתה . ועביו
טפח ושפתו כמעשה שפת כוס פרח שושן
{ ואלפים בת - - - - / מחזיק בתים שלשת אלפים } יכיל ,

Verſio interlin. Pagnini.

Et fecit mare fuſum , decem in cubito a labio ejus uſque ad labium ejus , rotundum circum : & quinque in cubito altitudo ejus , & linea triginta in cubito ambiebat illud circumquaque : Et colocyntæ (imago boum) *deſubter labium ejus , circum circumdantes illud , decem in cubito ambientes mare circum : duo ordines colocyntarum* (bovis) *fuſarum in fuſione ejus . Stans ſuper duodecim bobus : tres reſpicientes ad aquilonem , & tres reſpicientes ad mare , & tres reſpicientes ad meridiem , & tres reſpicientes ad orientem : & mare ſuper eos deſuper : & omnia poſteriora eorum intrinſecus : Et denſitas ejus palmus , & labium ejus ſecundum opus labii calicis floris lilii : duo millia batorum* (comprehendens batos tria millia) *comprehendebat .*

Latina Vulgata .

III. Reg. VII.

Fecit quoque mare fuſile decem cubitorum a labio uſque ad labium rotundum in circuitu : quinque cubitorum altitudo ejus , & reſticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum . Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare : duo ordines ſculpturarum hiſtriatarum erant fuſiles . Et ſtabant ſuper duodecim boves , e quibus tres reſpiciebant ad aquilonem , & tres ad occidentem , & tres ad meridiem , & tres ad orientem : & mare ſuper eos deſuper erat : quorum poſteriora univerſa intrinſecus latitabant . Groſſitudo autem luteris trium unciarum erat , labiumque ejus quaſi labium calicis & folium repandi lilii : duo millia batos capiebat , & tria millia metretas .

II. Paral. IV.

Mare etiam fuſile decem cubitis a labio uſque ad labium , rotundum per circuitum : quinque cubitos habebat altitudinis , & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum ejus . Similitudo quoque boum erat ſubter illud : & decem cubitis quædam extrinſecus cælaturæ , quaſi duobus verſibus alvum maris circuibant . Boves autem erant fuſiles , & ipſum mare ſuper duodecim boves impoſitum erat , quorum tres reſpiciebant ad aquilonem , & alii tres ad occidentem , porro tres alii ad meridiem , & tres , qui reliqui erant , orientem , habentes mare ſuperpoſitum : poſteriora autem erant intrinſecus ſub mari . Porro vaſtitas ejus habebat menſuram palmi , & labium illius erat , quaſi labium calicis vel repandi lilii : capiebatque tria millia metretas .

Germanica Lutheri.

Und er machete ein meer gegoſſen , zehen ellen weit , von einem rande zum andern , rund umher , und funff ellen hoc , und eine ſchnur dreiſſig ellen lang war das maas rings um. { und umb daſſelbe meer , das zehen el- / und ochſenbilde varen unter ihm um- } { len weit war , giengen knoten an ſei- / her , und es waren zwo riegen knoten } { nem rande rings ums meer her , der / um das meer her (das zehen ellen weit } knoten aber waren zwo riegen gegoſſen { war) die mit angegoſſen waren - - - }. Und es ſtund auff zwolff rindern , welcher drey gegen mitternacht gewandt waren , drey gegen abend , drey gegen mittag , und drey gegen morgen , und das meer oben darauff , daſs all ihr hintertheil inwendig war . Seine dicke aber war einer hand breit , und ſein rand war wie eines bechers rand , wie eine aufgegangene roſe , und gieng darein { zwey / drey } tauſend bath .

II.

En tibi exactam ænei vaſis enarrationem , quod , quantum Tabernaculo Tem-

Templum, tantum Labro illi æneo præstitit, cujus descriptionem Exod. XXX. 18. 21. exhibet. Cumque non in allegatis tantum locis fusius de eo, quam de reliquo fere Templi apparatu agatur, sed quinque aliis in locis, nempe 2. Reg. XVI. 17. XXV. 13. 1. Paral. XVIII. 8. Jerem. XXVII. 19. & LII. 20. insuper ejus mentio fiat, argumento id nobis est, cum magnitudine, tum artificio & ornatu, magis autem typica significatione plane mirabilem molem fuisse.

III.

Primum vero in ea nobis spectanda obviam fit materia, quam ei cum duabus columnis Jachin & Boas, nec non decem fulcimentis sive labris vectilibus, reliquoque apparatu, quorum in eodem capite mentio fit, imo sine dubio cum ipso Labro Tabernaculi eandem fuisse, nemo in discrimen vocabit, cum prius disertis verbis testentur 1. Reg. VII. 45. 2. Reg. XXV. 13. Vocatur autem נחשת ממרט *æs politum* vel 2. Paral. IV. 16. מרוק *lævigatum*. In specie materia Labri Tabernaculi audit נחשת במראת quod reddunt *æs in speculis* vel *ex speculis*, de quo vide prolixe agentem Gottfr. Thymum *de Labro æneo* p. 85. sqq. Tametsi vero de his vocibus præsertim de ultima Exod. XXXVIII. 8. (qui locus sub contentiosa philologorum serra adhuc valde suspirat) mihi litem moveri nolim, id tamen extra aleam positum esse persuasus sum, materiam illam fuisse æs purissimum, ut politionem admitteret, ac sacerdotibus, ex holocaustorum præparatione sordibus perquam expositis, ex adverso autem divino jussu munditiei studiosissimis, speculi usum undique exhiberet. Chalybem vero æri cum Junio & Tremellio hic vel eam ob causam præferre nolim, quia cum aqua, frigore & aere libero ei haut optime convenit, ut taceam, quod tantum non naturæ vires excedere videtur, insignem molem Labri Mosaici, ne dum plane stupendam Maris Salomonei e chalybe conflare, cujus vix minuta frusta artifices nostri liquefaciunt. Mare autem fusum esse, textus noster expresse docet, nisi enim fallor vocem מוצק id significare, omnes existimant Interpretes. Verum eo ipso jam satis mirabile opus fuit, quippe nostri artifices, qui culmen artis sibi attigisse videntur, nihil forsan tale moliri audebunt, quod ei, velut Mantua illa Virgilii Romæ comparari mereatur. Neque obstat, quod celeb. Reyherus Math. Mos. pag. 716. seq. Campanam, quæ olim Erfurti visebatur, Mari Salomonis ferme æquiparat. Infra enim patebit, campanam ibi justo multo majorem, contra Mare justo minus assumi, ceu Sectione III. amplius demonstrabo.

IV.

A materia proxime nobis sese offert mensura, quæ cubitis exprimitur. Ubi sepositis Rabbinorum sententiis, e quibus multi multa magis erudite quam vere disceptant, operam dabimus, ut veram cubiti Templo adhibiti mensuram quam simplicissima via eruamus, cumque nostro comparatum nobis quasi ante oculos collocemus. Spero autem mihi lubenter veniam datum iri, ut pedes, quorum Herodotus subinde, præcipue vero Lib. II. sive in Euterpe mentionem facit, antiquis Babylonicis adeoque Hebraicis etiam æquiparem. Quo posito, cum ille loco citato cap. 124. maximæ Pyramidis Memphiticæ basin per singula latera 750. pedibus, Thevenotius autem in itinerario suo 682. pedd. regiis gallicis definiat, quorum proportio ad Rhenolandicos est ut 1050. ad 1000. patet $716\frac{1}{16}$ p. Rhenol. æquare 750. pedes antiquos. Ex Ezech. XLI. 8. vero colligimus, non cubitos in mensuris Templi intelligi, qui, unum cum dimidio pede exhaurientes, ab extremo medii digiti ad cubitum usque extendi solent, sed ulnas a manu compressa usque ad axillam pertingentes, adeoque duobus pedibus æstimari solitas, quales etiam apud omnes fere gentes in usu esse solent, cum cubiti proprie dicti in praxi & extra libros raro occurrant. Sed ulna ista vulgaris, quam imposterum cubiti etiam voce indigitabimus, palmo minor erat cubito sacro, qui ædificio Templi adhibitus est, juxta Ezech. XL. 5. & XLIII. 13. Unde sequitur 750. pedes sacros $796\frac{7}{8}$ vulgaribus, adeoque $760\frac{17}{20}$ Rhen. pedd. geminos esse, adeoque diametrum Maris ænei 10. Cubb. sacrorum adæquare pedes Rh. 20. poll. 3. Scrup. $4\frac{18}{25}$ altitudinem vero 10. pedd. 1. poll. $7\frac{9}{25}$ Scr. Sed majus secundum celeb. Bernardi hypothesin resultat, dum pedis Hebraici ad Rhenl. rationem esse contendit, veluti 6000. ad 6198. ex quo cubitus sacer ad eundem pedem rationem 13500. ad 6198. sortitur, adeoque diameter Maris 21. pedd. 9. poll. & 3. scr. altitudo 10. pedd. 7. poll. 4. scr. conficit.

V.

V.

Verum neminem credo tam hoſpitem in ſacris literis eſſe, ut neſciat, Auctorem earum, Spiritum S. ubique, præſertim vero in hiſtoria ſacra, brevitatis ſervantiſſimum eſſe, ideoque illas circumſtantias plerumque ſilentio preteriri, quæ ſive per ſe conſtant, ſive e contextu vel locis parallelis facile derivari queunt. Mirum ergo non eſt, ſi plures Maris ænei menſuræ identidem ſilentio involvuntur, v. g. altitudo Taurorum Mare geſtantium, diameter, qua intra labia patuit, &c. Id vero occaſionem nobis præbebit, ut infra eo majori ſolicitudine in univerſam vaſorum templi diſpoſitionem ac ſitum inquiramus, ſpe freti fore, ut e mutua eorum ſymmetria, non contemnendam reliquarum menſurarum partem colligamus. Etenim inter omnes Architectos, omni ævo ea decoris regula ſancte quaſi cuſtodita eſt, ne quidquam ſive dextrorſum ſive ſiniſtrorſum a medio ædificii recederet, quin ex adverſa parte ei aliquid reſponderet, forma & menſura ſi non penitus æquale, certe ſimile, nec nimis impar. Ac in iis quidem, quæ partem ædificii conſtituunt, exactam æqualitatem & ſimilitudinem exigunt, e. g. in feneſtris ac earum ſuperliminaribus. Contra in ſculptilibus, picturis & in ſupellectili aliqualem diſſimilitudinem imparitatemque aliquando, tanquam peculiare decus, admittunt, Italique illud voce *contraſto* innuunt. Cœterum maris ænei locus a ſacris literis 2. Paral. IV. 10. exerto quaſi digito monſtratur, nempe ſtetiſſe *ab humero* ſive angulo *dextro ad orientem e regione ad meridiem*, hoc eſt, verſus angulum, quem Atrii latus orientale cum meridionali format, quique e templo recta prodeuntibus dexter eſt.

VI.

Expreſſæ vero magnitudines ſua quoque difficultate ſcatent, ſiquidem diameter & altitudo vaſis ſatis diſtincte & clare determinantur, circumferentia vero ita, ut ſi ejuſdem circuli eſſet, cujus diameter illa, numerus minus recte ſe haberet. Nam diameter 10. cubit. neceſſario peripheriam circularem 31. cubit. & amplius ſecum fert, in ſacro textu autem 30. ſaltem cubiti narrantur: unde variæ quæſtiones oriuntur, an forte neglectis minutiis numerus tantum rotundus exprimatur, an ſphalma potius in numeros irrepſerit, an alius diametri alius peripheriæ circulus, an præter circularem alia figura ſit & ſic porro. Quamobrem celeb. Mel, Vir hebraice doctiſſimus, in Diſſertatione Regiomonti A. 1702. edita de Mari æneo cap. II. §. 3. arbitratur, vocem קו, in verbis קו יסב אתו סביב communi quidem opinione, pro linea aut filo Mare æneum ambiente, ſed perperam haberi, & potius per cupam reddi debuiſſe, id quod e fonte Hebraico non minus atque e Rabbinorum notatis, itemque Arabicis & Æthiopicis loquendi formulis prolixe, ſuoque more docte, deducit. Imo ſententiam ſuam pluribus aliis rationibus perquam ingenioſe fulcit, de quibus infra in enarrandis hypotheſibus plura.

VII.

Alia porro menſura, nempe Batorum expendenda eſt, qua Maris ænei capacitas determinatur, verum hic etiam lubrica & incerta omnia. Inter quam plurimas eaſdemque diverſiſſimas opiniones potiores ſunt, quarum alia Bato tribuit, quantum 432. ova gallinacea mediocris magnitudinis capiunt, ceu Jeh. Leo cum potiori Rabbinorum parte. Tanchumus, citante Bernardo de menſuris antiquis, eundem ex adverſo $3110\frac{2}{5}$ poll. ſolidis circumſcribit. (vid. Lib. I. p. m. 64.) Alia hypotheſis, quam in Briani Waltoni app. Bibl. Polygl. allegatam reperies, eundem pedi cubico Romano vel veteri etiam parem conſtituit. Modo laudatus 76. 079. libr. fontanæ aquæ capacem aſſerit. Quod ſi vero omnes haſce menſuras ad poll. cubicos Rhenol. reducas, Bone Deus, quanta undique diſcordia? Eadem opera cum leonibus vulpes congreges, quam iſtas inter ſe concilies. Ova non mediocria ſed maxima elegi, ne quis exciperet, tum temporis, cum Rabbini iſta ſcriberent, aut in iis locis, notabiliter majora fuiſſe, ſperans maxima mea cum medioribus illis paria eſſe factura. Verum 432. haud amplius quam $1312\frac{11}{64}$ poll. Cub. Rh. quorum 1728. pedem Rhenol. 1567. Anglicum, & juxta Bernardi ſententiam, veterem etiam Hebraicum, 1504. eundem veterem ex deductione ſupra num. IV. facta conſtituunt. Tandem 76. libræ aquæ fontanæ limpidiſſimæ, ceu experimento aliquoties inſtituto certo comperi 2210. poll. ſolidos quam proxime adæquant. En vero tibi animi gratia menſuras iſtas in ſynopſi.

Ba-

Batus conficit	*poll. cub.*	*differ.*
Rabbinis - .	1312	——
in ped.cub.meo	1504	192
Waltono	1567	255
Bernardo	2210	898
Tanchumo	3110	1798

Quid quæso inde demum colligemus, nisi nos Bati mensuram plane ignorare, eamque citius ex ipso mari æneo derivari, quam illa hujus capacitatem mensurari, aut secundum illam, hujus magnitudinem sub examen vocari posse.

VIII.

Sed demus de mensura Bati nobis certo constare, ingens tamen insuper nos vexat difficultas, dum sacræ literæ secum e diametro pugnare videntur, eidem vasi alibi bis, alibi ter mille batorum capacitatem tribuendo. Facile autem est, hic duplicis generis batos, alium profanum alium sacrum, eosque sesquialtera ratione impares confingere, sed, rationibus in utramque partem allatis, dubia fere redditur hæc hypothesis, ut neutri parti sententiam meam addicere ausim. Siclum & cubitum sacrum a vulgari diversum esse, ipsa S. Scriptura monet, si cum bato similiter sese res habuit, quare id tacuisset? Illius diversitatis ratio erat, quia siclus communis non pondere, sed materiæ pretio, a sacro diversus fuisse videtur. Cubitus autem sacer antiquus ille a procerioribus primi ævi hominibus desumtus, in venerandæ antiquitatis memoriam a sacerdotibus custodiebatur, cum vulgaris una cum hominum statura sensim decrevisset. Nihil hujusmodi in Bato reperias. Quare autem Ezech. cap. XLV. 11. cum Bati & Ephæ paritatem & in minores mensuras distributionem recenseret, data tam egregia occasione, nullam differentiæ illius mentionem fecit? At si omnino largiamur, diversitatem illam obtinuisse, cur hic solum sacri Auctores eandem templi partem duplicis generis mensura metiuntur, cum omnem reliquam templi structuram ad easdem mensuras redigant? His vero adversæ sententiæ proci regerant: Diversitatem batorum sua ratione neutiquam destitui, nam mensuras liquidorum & aridorum communiter per mensuras longimetricas, sc. cubitos, pedes aut pollices determinari, ne temere a quoquam violari vel corrumpi queant. Mirum ergo non esse, si cum cubito sacro batus etiam conservatus sit, vulgari bato una cum cubito decrescente. Neque S. Scripturam diversitatem illam penitus silentio præteriisse. Eam enim ipsam ob rationem Ezechielem loco citato Bati mensuras enumerare, quia de Bato non vulgari agit. Vulgaris enim mensuræ & divisiones jam in vulgus notæ erant, quas adeo in prophetia, ad vulgus pariter petinente, recensere absonum plane, & indignum tam sacro instituto fuisset. Reliquam Templi structuram ubique eodem mensuræ genere describi, quia ex aliis locis Scripturæ diversitatem vulgaris & sacræ mensuræ quivis non poterat non addiscere. Batos autem ideo de eodem vase diverso numero recenseri, ut admoneremur, alibi in sacro Codice investigandum esse, annon duplicis generis & diversæ magnitudinis bati in usu fuerint, id quod seduli scrutatores in supra citato Ezechielis loco reperturi sint, una vero proportionem vulgaris bati ad sacrum insinuari, quæ apud Ezechielem non exprimatur. Adeoque vis istius explicationis huc redit. Apud Ezechielem sine dubio sermo est de Bato non vulgari. E comparatione autem 1. Reg. VII. 26. cum 2. Paral. IV. 5. patere alium insuper batum fuisse, qui duas tertias saltem hujus adæquaverit, & sine dubio vulgaris fuerit. Ex his igitur patet, non sine insigni veri specie dici, homer continuisse 10. Batos sacros & 15. vulgares. Sunt qui putant in hac disquisitione non insuper habendum esse, quod 1. Reg. VII. simpliciter dicitur Mare continuisse 2000. batos. Proculdubio autem non sine causa & emphasi 2. Paral. IV. dici: *comprehendens aut fortificare faciens batos tria millia continebat*, quos inter alii iterum interstinctionem statim voci *comprehendens* subjiciunt, alii demum post vocem *batos* collocant. Posterior usitatis hodie Accentuationis regulis forsan melius satisfacit, sed prior modus textui plus emphaseos conciliat. Non diffiteor autem, jamdudum mihi accentuationem illam suspectam fuisse, nupero vero scripto celeb. Brunsmanni me in ea suspicione maximopere confirmari, ut pro certo fere habeam, accentus Hebraicos vero sensui eruendo egregium præbere ministerium, sed regulis & methodo B. Wasmuthi scopum illum neutiquam obtineri.

IX.

Pondus stupendæ hujus machinæ, quod immensum fuisse, materia & magnitudo satis indicant, silentio involvit sacer textus,

tus, imo Salomonem vasa templi ob nimiam æris vim ad stateram redigere noluisse 1. Reg. VII. 47. aperte fatetur. Unde nulla plane spes, illud prope verum eruendi, relinquitur, quicquid sit de crassitudine, quam palmarem ipsæ sacræ literæ fuisse testantur. Hanc enim per totum maris ambitum obtinuisse, nemo unquam mihi persuadebit. Cum enim artem metalla conflandi Salomonis tempore jam summum perfectionis gradum consecutam esse, mirabilis operum cum vastitas tum elegantia evincat, quo vero quævis fusio pro rei formandæ natura & usu gracilius opus producit, eo etiam artificiosior censeatur, nullus dubito, densitatem illam palmi saltem circa fundum, supremum marginem reliquasque ornatus projecturas fuisse, reliquum enim corpus vasis unius pollicis crassitie perpetuum opus constituere potuit. Jam vero finge, ipsum mare æneum Salomonis coram oculis nostris extare, neque a sui contactu vel accessu ullibi nos prohibere, tamen quantumvis laboris impendas, quicquid ingenii intendas nervos, neque stereometrico computo, nec alio quovis modo, verum ipsius conchæ, multo minus autem taurorum pondus assequeris. Imo, quod magis mireris, vix statera idem satis accurate expendi potuisse reor, siquidem ea tam crassa & robusta opus fuisset, ut vehemens machinæ frictio, eaque ponderis insigne augmentum non potuisset non oriri. Utut vero ingeniosissimus Amonton, in actis societatis scientiarum regiæ Parisiensis, modum, frictionem ipsam determinato pondere æstimandi, ostendere sategerit, ineluctabiles tamen difficultates eum merito in suspicionem adducunt, ceu ex iis propediem, spero, patebit, quæ hac de re ad Societatem nostram Regiam Berolinensem perscripsi. Nihilominus operæ pretium erit investigare, quo pondere metalli machinam ejusdem magnitudinis ejusdemque circiter formæ comparare liceret, quod mirum in modum conceptus, quos nobis de mundi illo miraculo formamus, declarabit, ac venerationem erga Salomonis, aut Dei potius per Salomonem gesta, opera augebit.

X.

E pondere celeb. Mel in præfatione dissertationis suæ ansam capit inter alia quærendi: *quomodo tam vastum mare ex laboratorio suo ad* הר הבית *seu montem Domus, per tot viarum anfractus, & per angustas Templi portas ad locum suum transportari potuerit*. Quæ, quanti momenti quæstio sit, tanto magis perspicuum fit, si cogitamus laboratorium illud juxta I. Reg. VII. 46. inter Suchoth & Zartham situm, adeoque e celeb. Cellarii exasciatissima deductione, ab Hierosolymis duodecim milliaribus germanicis majoribus dissitum fuisse, nec nisi per spissa montium juga accessibile. Accedit, quod eo tempore, ceu hodienum in eis regionibus moris est, commeatuum subvectus non tam plaustris & quadrijugis, quam mulis & camelis peractus est, unde facile colliges, vias etiam per montium juga admodum angustas fuisse. Verum neque ipse Dom. Mel, nec alius, quod sciam, quisquam hactenus ad illam quæstionem respondit. Operam tamen dabimus, ut infra non tantum viam atque vehiculum adstruamus, sed machinas etiam atque subsidia subministremus, quibus a modica hominum turba erigi, taurisque bis senis apte imponi potuit.

XI.

Porro dispiciemus *unde* (verbis utar sæpe laudati Dn. Mel e loco paulo ante citato) *aqua pro ingenti hoc receptaculo implendo* adducta sit, qua de re, tametsi hinc inde obiter aliquid ab illo aliisque adnotatum reperimus, non pauca tamen sub incudem denuo revocanda, alia veo addenda esse videntur. Indies certe ab hydrophoris apportatam esse, ne per jocum quidem dicere ausim, siquidem nullum, nisi aut maxime incommodum, aut certe ridiculum modum excogitare possum, quo aqua in istud receptaculum viginti & amplius pedes a pavimento elevatum transfundi potuisset. Quis vero talia de sapientia Salomonis, imo Dei ipsius, proferre ausit? Arduum quidem non esset, excogitare machinam a torrente Kidron actam, & aquam situlis vel antlia pressoria in montem sanctum elevantem. Nec minus valles, montem illum proxime cingentes, varias nobis vias sternunt, per quas subterraneis aquæductibus, aquam a mari iterum dimittamus, & in humiliora urbis loca, aut lacum Bethesda vel quovis alio derivemus. Verum machinæ talis, quæ elevandæ aquæ faciat, nulla vestigia in veteri historia reperiuntur, ideoque conjecturæ istæ seponendæ sunt, donec pateat, neque alium nec æque commodum modum dari, quo aqua, in templi atrium derivata, in mare æneum adscenderit. Sunt autem


tem non contemnenda aptioris modi indicia, per lapsum aquæ naturalem, atque inde oriundum spontaneum iterum ascensum. Nam agrum circa occidentale urbis latus notabiliter supra montem templi elevatum fuisse, tam ab omnibus veteribus ac recentioribus memoriæ proditum est, ut probationi supersedere possimus. Quatuor vero fontium, itemque duplicis piscinæ, in ea regione sitorum, antiquitas meminit 1. Reg. I. 9. fontis *Rogel*, 2. Paral. XXXII. 30. fontis in *Gihon*, e quo Hiskias aquam in civitatem David derivavit, quæ ipsa monte Templi non parum excelsior erat. Nehem. II. 14. de *Piscina Regis* & *Porta fontis* sermo est. Jesa. XXII. 9. piscinæ inferioris & XXXVI. 2. piscinæ superioris & aquæductus ex eo memoria servatur. Nehem. III. 15. piscina *Selach*, inter portam fontis & hortum Regis, non longe a scala, qua ascendebatur in Civitatem David, sita commemoratur. Rabbini unanimiter fere in eadem regione fontem עיטם *Etham* fuisse testantur. Josephus autem Antiq. Jud. L. VIII. c. 2. meminit, Salomoni altero ab urbe lapide prædium, fontibus admodum irriguum, nomine *Ethan* fuisse. Castri denique muniti, quod non procul ab Hierosolymis abfuisse videtur, nomine Etham mentio injicitur 2. Paral. XI. 6. Tandem *fons Draconis* quoque memorandus occurrit, cujus situs ab Urbe occidentem versus, neque procul a supra narratis laticibus, ex Neh. II. 13. patet.

XII.

Tametsi vero Hierosolymitana urbs in tali loco hodie sita est, qui utpote ne modico quidem fluvio irrigatus, & montibus undique consitus, ingenti civitati alendæ ac sustentandæ non parum ineptus videtur, tamen ea tam opulenta fuit, tam conferta hominibus, tam omnis generis deliciis ac voluptatibus affluens, ut nefas sit dubitare, non minus tantæ felicitati parem aquæ copiam adfuisse. Quemadmodum vero ab hodierna agri circumjacentis sterilitate falso colligeretur, tempore Regum Israelis similiter cum eo comparatum fuisse; ita non sequitur, quia hodie nullis fere fontibus scatet, & plerumque incolis in aqua pluviali, cisternis excepta, unicum præsidium est, unde gravissime sæpe incommoda patiuntur, ita ut opulentiores magnis sumtibus, egeni improbo labore, aquam comparare cogantur, eadem ratione veteres illos penuriam lymphæ passos esse. Neque Tacitus ejus consequentiæ patronis militat cum Lib. V. Hist. cap. XII. narrat, Hierosolymis, tempore obsidionis sub Tito Vespasiano, fuisse *Fontem perennis aquæ*, *cavatos sub terra montes*, *& piscinas cisternasque servandis imbribus*. Unicus enim fons perennis aquæ intelligitur intra urbem & extra obsidentium potestatem fuisse. Eandem ob rationem piscinas, de quibus loquitur, intra mœnia fuisse necessum est, quia obsessis inserviebant. Reliqua aquarum receptacula, non in exiguis cisternis, aquam pluvialem e tectis ædium colligentibus, sed in grandioribus ingentem aquæ vim quam diutissime incorruptam servantibus constitisse, tum ex eo patet, quod cavatos sub terra montes narrat, tum ex eo, qnod hisce subsidiis, *quamvis adversus longum obsidium*, instructos fuisse testatur, id quod contumacissima urbis, incredibili hominum numero tum temporis confertissimæ, defensio abunde confirmavit. Quid igitur de statu urbis, immensis modis floridiori ante devastationem Babylonicam, dicamus, nisi aquæ perenni copia ei adeo prospectum fuisse, ut fontibus & piscinis, numero antecedenti recensitis, facillime carere, eosque publicis & imprimis Templi usibus penitus relinquere potuerit.

XIII.

Major difficultas oritur circa formam Maris & ornamenta externa, siquidem libro Regum in ejus ambitu duplicem tuberum seu cucurbitarum sylvestrium seriem, libro Chronicorum contra geminum bovinorum capitum ordinem narrante, durum inter utrumque locum divortium intercessisse videtur. Accedit aliud dubium circa numernm, quia dicitur, *decem in cubito*, quod hebraicæ idem ordinarie significat ac *decem cubitorum*, ut sensus sit, vel cucurbitas illas, pariterque boum imagines decem cubitis ad invicem dissitas fuisse, vel per denorum cubitorum spatia ejusmodi cucurbitas vel boum simulacra aliquot elaborata esse. Alii malunt, licet sensu sacris literis parum consueto, τὸ decem ad cucurbitas referre, & per singula cubitorum spatia decem cucurbitas, itidemque in alio ordine decem boum simulacra numerare. Deinde circa Tauros, quibus mare æneum incubuit, quæstio incidit, an si in circulum æqualibus intervallis dispositi fuissent, ceu communiter pinguntur, dici possent, tres versus aquilonem, totidem versus orien-


Fig. 7. TAB. IV.
Mare Æneum Reyheri
Fig. 8.
Mare Æneum Conradi Mel
TAB. III. Fig. 5.
Mare Æneum Villalpandi
Fig. 6.
Mare Æneum Lundii
Fig. 3. TAB. II.
Mare Æneum Auct: Angli. N. F. D.
Fig. 4.
Dispositio Atrii Sacerdotum Juxta hypothesin Villalpandi
Mer.
Sept.
Cubiti 10 20 30 40 50
Oriens
Fig. 1
Dispositio Atrii Sacerdotum ex Mente Lundii
Fig. 2.
Mer. Ex mente Reyheri Sept.
TAB. I.
Or.
TAB. VIII.
Fig. 12.
Orthographica delineatio maris ænei Juxta hypothesin Sturmii.
TAB. VII.
Fig.
HIEROSOLYMA
Fig. 9. TAB. VI.
Repræsentatio maris ænei quasi per medium secti iuxta mentem Sturmii.
TAB. V. Meri.
Dispositio Atrii ex mente Sturmii.
Oriens.
Occidens.
Sept.

orientem & sic porro respexisse. Ubi mathematice loquendo forsan affirmare liceat. Nam in nautica arte omni ævo quatuor plagæ cardinales, ortus, meridies, occidens & septentrio, interque eas quatuor mediæ, ortus nempe & occasus hybernus, itemque ortus & occasus æstivus constitutæ sunt. Jam si circulum in duodecim partes æquales dividas, & quatuor ad plagas cardinales dirigas, plagæ intercardinales mediæ erunt inter terna ac terna puncta. Quicquid vero inter cardinales & intercardinales incidit, communiori usu ad illas, non ad has, refertur. Jure itaque terna illa puncta e duodecim, æqualiter ab invicem distantibus, ad eandem plagam referuntur, ut 12. 1. 2. ad Aquilonem, 3. 4. 5. ad occidentem &c. respiciant. Si qua vero lubeat circulum in 20. partes æquales dividere, & puncta 20. 1. 2. v. g. bobus æquilonaribus, 5. 6. 7. orientalibus, 10. 11. 12. australibus, tandemque 15. 16. 17. occidentalibus tribuere, missis reliquis partibus, tunc res tam se bene habebit, ut ne Momo sit, quod desideret.

XIV.

Externum denique Maris ænei usum primario sacerdotum lotioni inserviisse, expressis sacri Codicis verbis docemur. Decem vero labra ænea, fulcris & vehiculis imposita, nisi otiosa malimus, quonam melius referemus, quam ad aquam e Mari petendam, variisque usibus in templo distribuendam? Imo unde alias peteremus lympham pro abluendis victimis? Certe soli lotioni sacerdotum tanto hydrophylacio opus haud erat. Hoc saltem scrutandum restabit, qua via, quove modo aut quibus epistomiis, hic Lacus quasi pensilis undas suas dispensaverit. Minime vero dubium est, tam splendidam Machinam, æque ac reliquum Templi apparatum, imo Templum ipsum, pariterque sacra munia, quibus continuo perstrepebat, reconditos suos ac mysticos sive typicos usus habuisse, quos Theologis quidem eruendos merito relinquo. Nihilominus paucis saltem in calce dissertationis tentabo, num forte mea, quam ab aliis non parum diversam formavi, idea, eorum meditationibus novam & aliquanto uberiorem materiam suffundere possim.

SECTIO II.

Potiores de Mari æneo hypotheses enarrans.

I.

Vidimus quanta difficultatum segete, quam ubere quæstionum latice scateat descriptio Maris ænei. Quibus admodum vexatos esse Interpretes, inde inter alia patet, quod eorum etiam, qui ex professo in hæc loca commentati sunt, aut vindicias ἐναντιοφανίας Biblicæ tractarunt, alii hanc rem plane silentio præterierunt, veluti cel. Pfeifferus in Dubiis vexatis, alii levissime saltem & extremo quasi digito attigerunt, ceu Sanctius in Comm. in Libb. Reg. & Chron. Thymus in Dissert. de Labro æneo; nec non Kromayerus in spicilegiis Math. sac. alii collectis aliorum opinionibus, ab Epicrisi tamen abstinuerunt, quemadmodum celeb. Viri, Glassius in Philolog. Sacra, & Waltherus in Harmonia Biblica. Plerique vero tantum ad controversias de colocynthis & imaginibus boum, nec non de differentia 2000. & 3000. batorum operam suam conferunt. De ratione diametri ad peripheriam pauciores soliciti sunt, de reliquis circumstantiis paucissimi.

II.

Quod enim difficultatem illam attinet, num diametro 10. ulnarum recte respondeat circumferentia 30. cubit. Lyra, Piscator, Osiander, Corn. a Lapide, Mariana, Tossanus, Sanctius aliique, rationem illam pro vera habentes, Matheseos nimirum penitus ignari, hoc in loco ullam difficultatem ne quidem suspicantur. Menochius, citante Polo in Synopsi Crit. cum aliis, veram quidem haud esse rationem agnoscens, S. Scripturam minutias negligere dicit, eoque difficultatem satis sublatam esse persuasus est. G. Thymus Diss. supra citatæ cap. VII. p. 92. & Kromayerus in spicil. figuram a circulari nonnihil defecisse, & oblongam fuisse conjiciunt.

III.

Mensuram decem cubitorum, quorum in descriptione τῶν פקעים *colocyntharum* & בקרים, *boum* mentio fit, Luth. & Osiander cum Strigenitio & forte aliis pro repetita Maris diametro ha-

habent. Corn. a Lapide & Sanctius sculptilia illa tertiam saltem circumferentiæ partem occupavisse: Menochius autem inferiori in loco sita fuisse, ubi vas ipsum ad tantam angustiam jam contractum erat, ut 10. cubiti integram circumferentiam absolverent: Munsterus, Junius cum Tremellio, Piscator, Castelio, Malvenda, Mariana, Friedliebius, per singula cubiti spatia decem, sed Mariana in utraque serie simul sumta dena, atque ita in quavis serie quina saltem exculpta esse statuunt.

IV.

Ubi vero 1. Reg. VII. 24. cucurbitarum silvestrium, 2. paral. IV. 3. imaginis boum mentio fit, vocum heraicarum Pekaim & Bekarim similitudine seducti, sacrum textum corruptionis, incuria scribentium illatæ, reum agunt, quos inter Schindlerns in Lex Pentagl. citante Glassio. Alii cum Luth. Osiandro, Tossano &c. malunt, illa simulacra boum de ipsis duodecim bobus mari æneo subjectis inrelligere, Alii cucurbitis illis silvestribus una etiam boum capita insculpta, aut cum iis conflata arguunt, Chaldaica forte versione admoniti, velcti Vatablus & Friedliebius.

V.

Pro conciliando autem diversissimo Batorum numero Latina Vulgata in locum ter mille Batorum, totidem metretas ponit 2. Paral. IV. imo ipsi textui 1. Reg. VII. ubi dicitur, mare continuisse *bis mille Batos* allinit hæc verba: sive *ter mille metretas*. Alii sentiunt, ceu supra jam prolixe ostendi, duplicis generis Batnm, vulgarem alterum alterum Sacrum in usu fuisse: ita Villalpandus, Corn. a Lapide, Mariana in Menochium, Tirinus, Joh. Palmer (cit. Polo) aliique. Piscator, Ribera in Menochium, Junius, Grotius (cit. Polo) Tossanus, Friedliebius, Thymus ordinarie 2000. batos infusos esse, potuisse tamen 3000. iufundi. Alii malunt in gestis liquidis 2000. sed aridi & quidem cumulatis, 3000. continuisse, veluti Pruknerus in vindiciis, Schindlerus in Lex. Pentagl. Haffenrefferus de Templo Ezech. Vatablus opinatur librum Paralioomenon batos mille in 1. Regum omissos supplere, idque nemini mirum esse debere, quia ipsum libri nomen id secum ferat.

VI.

Non possum, quin e dissertatione, Tractatui Cl. Bernardi de Mens. ant. annexa, geminam adducam descriptionem Maris ænei, alteram Josephi, Ant. Jud. L. 8. alteram Eupolemi apud Eusebium præparat. Evag. L. 9. Ita vero utrumque textum e græco vertit laudarus Auctor. Primo Josephi: *Confecit fusile etiam mare æneum in hemisphærium figuratum; appellatum est autem mare fusile illud opus propter amplitudinem. Erat enim labrum secundum diametrum cubitorum decem, & ad palmi magnitudinem crassitudo conflata. Suffulciebat autem ad ipsum meditullium alvei spira circumducta in helices decem, eratque spira diametro cubiti unius. Circumstabant autem circum illam juvenci duodecim versus quatuor ventorum regiones respicientes, secundum unumquemque ventum tres, introrsum posteriores partes aversi, ut quidem illis superincumberet hemisphærium secundum circumactum intus inclinans. Continebat autem mare batos bis mille.* Eupolemi narratio ita se habet: *Extruxit autem & Labrum æneum longitudine cubitorum 20. & latitudine cubitorum 20. altitudine vero cubitorum quinque. Fecit autem super illo coronam versus basin exterius supereminentem cubitum unum, ut sacerdotes pedes abluerent & manus lavarent conscedentes. Fecit autem & bases tornatiles (aut laboratas) conflatiles duodecim, & altitudine hominis assurgentes. Et eas constituit ad posteriorem partem sub labro ad dextras altaris.*

VII.

Properamus jam ad eos, qui paulo fusius de Mari æneo egerunt, quos inter primus nobis obvius est R. Jac. Jehuda Leo in Tr. de utroque Templo Hierosolymitano, ex Hebræo latine recensito a Joh. Sauberto, quem maxime sequitur, paucis saltem hinc inde mutatis, Celeb. Lundius in egregio Judaicarum antiquitatum opere germanico Lib. II. c. 14. unde sequentia excerpsimus. Ante omia locum ei assignat ita, ut per portam orientalem (D. fig. 1. Tab. I.) mediæ Templi fronti (B) oppositam, occidentem versus ingredientibus, sinistrosum juxta angulum Templi stricte dicti consisteret, (in A.) ubi C. notat Altare holocaustorum cum ascensu, F. & E. locum mactationis, omnia secundum vulgatissimas

simas Rabbinorum sententias. Atque ita existimant saeisfieri 2. Chr. IV. 10. Formam, ex Lyra & Leone excerpit, ita tamen ut illum paulo propius sequatnr. Nempe superiorem partem 3. Cub. altam rotundam sive Cylindriformem, inferiorem 2. Cub. altam quadratam vel in forma parallelepipedi effingit, vid. Tab. III. fig. 6. in eo tantum a Leone differens, quod hic superiori parti 2. inferiori 3. cub. altitudinis tribuit. Cum vero hic quadratam partem dupiici serie capitum bovinorum, e strumis rotundis vel cucurbitis prominentium, ita cingat, ut altera summum, altera medium occupet, quævis 44. capitula aquam evomentia contineat, ille alteram seriem paulo infra superius cymatium, alteram paulum supra inferius cymatium quadratæ partis collocat, & in universum 32. capitula in iis disponit. Quod attinet rationem diametri ad peripheriam, cum Menochio supra citato ad consuetudinem S. Scripturæ minutias negligentis provocat. Batorum vero mensuram aliam in aridis quærendum esse, cum supra memoratis Prukneero, Haffenreffero & Schindlero statuit. Leo hanc difficultatem tacitus præterlabitur. Videtur autem conciliationem in figura quæsivisse (ut pars inferior quadrara. 2000. superior rotunda 1000. Batos caperet) nescio vero quam ob causam dissimnlasse. Figura inferius quadrata forsan ob hanc etiam rationem arrisit, quia magis idonea est, quæ taurorum tergo innitatur. Tandem in imo circa cauros cupam agnoscit, quæ aquam per epistomia ejectam receperit, ac per aquæductus subterraneos dimiserit. A fonte Ethan, paulo sublimiorem locum odcupante, quem tamen ubi situs fuerit non indicat, aquam delapsam esse, sub atrio ad mare æneum profluxisse, ibique iterum per tubos absconditos in mare æneum ascendisse cum Const. L. Empereur & Leone conjicit, ita autem se habet ille locus Constantini de Mens. Templi cap. III. Sect. 6. p. 123. *De Mari æneo in Gemara Talmudis Hierosolymitani cap. 3. de die expiationis in mare (sive lacum Salomonis canalis derivabatur a fonte Etham. In textu quidem simpliciter Hetam, verum fontem fuisse vel in ipsa Civitate Jerusalem vel in proximo, docent me verba Gemaræ Babylonicæ in cap. 5. inde disce, quod hic existimatus fuerit locus, ubi ædificaretur (scil. templum) istud ad fontem Hetam, quia excelsus esset: at dixerunt, deprimamus eum paumper (verbotenus descendamus cum ipso parum) quemedmodum scriptum est (Deut. XXXIII. 12. inter humeros ejus habitat.*

VIII.

Hinc aurem mihi vellicat primo loco nominaadus Villalpandus, de Templi Hierosolymitani memoria commentariis in Ezechielem quasi restaurata, optime meritus. Vereor autem, ut omnibus, quæ de mari æneo memoratu digna scripsit, satis apte recensere possim, quia Liber ipse ad manus non est. Brianus vero Waltonus in apparatum Biblicum præter figuram nihil fere transtulit. Olim quidem non pauca e raro illo atque pretieso opere excerpsi, sed ea proh doior! parcius, quæ mare æneum respiciunt, quia præjudiciis quibusdam occupatus, tantum difficultatis circa ideam ejus neutiquam animadverteram: Forma maris ænei hemisphærica, una cum pede humili sed lato, pateram repæsentat, duodecim boum per circulum dispositorum simulacris impositam. *Per fistulam, quæ claudi poterat & aperiri, fluxisse ex concha aquam, ad abluendas manus & pedes*, cum Cajetano & Lipomano sentit. Ideo *sub boum pedibus pollubrum quoddom depingi curavit, quod facile aqua, per canales e superiori vase emissa, repleretur, ut se unusquisque commode lavare posset sacerdos*. Ita auctor dicit sese depinxisse mare æneum, sed quotquot ab eo extant figuræ, neque *pollubrum* nec *fistulam* illam aut *canales* habent, de quibus hic sermo est. Pollubrum tamen in Tab. III. fig. 5. quodammodo expressi, idem tamen cum fistula, una sive pluribus, facere non ausus sum, quia commodum eis locum non invenio, neque ex auctoris verbis certo colligere possum, an unum vel plura epistomia malit, Qua via rationem diametri ad peripheriam salvare contenderit, non bene memini. Verum ita sese habet figura ab eo conficta, ut coactus fuerit, vel e supra allegatis vulgaribus modis sibi aliquem deligere, ant statuere dimensionem diametri & circumferentiæ intra vasis limbum per sex applicationes fili factam esse, quo tanto probabilius est, ipsum ita sensisse Villalpandum quia diametrum ipsam non minus atque profunditatem intra concham metitur. Boum altitudinem sub mar istaturæ hominis altitudinem æquasse, ex Eupolemo supra citato statuit. Pondus conchæ, supposita æquali undique crassitie unius palmi, supputat talentis 2836. libris 124. unc. 4. sculpturas extantes & pro

& prominens maris labium 43. talenta ponderasse libere fingit, & aquam æneæ conchæ, ac toti illi ponderum summæ basin cum duodecim bobus æqui librem fuisse supponit. Lego autem in excerptis meis, eum palmo cubico æris tribuere uncias 728. adeoque pollici cubico 27. quam proxime. Ubi unciam ei esse, qnod nobis semi unciam, quam germanice vocamus *Ein Loth*, inde colligo, quia alias æs illud specifice nimis grave supponeretur. Colocynthas concipit instar sex Encarporum sive corollarum, 10. Cub. longitudine exhaurientium, & decussatim sibi circa maris superficiem quasi intextorum. De numero Batorum sententiam ejus jam supra §. V. recensuimus. Locum Maris ænei Tab. II. fig. 4. connotat, ubi A. indicat partem aræ, quam templum stricte dictum occupat. B. Altare holocaustorum, C. Mare æneum, D. Musach Sabbathi.

I X.

Celeberrimus Mathematicus, Sam. Reyherus, Mathesi Mosaicæ, optimo ac tantum non unico in hoc genere scripto bonæ notæ, de Mari æneo pereruditam annexuit disquisitionem, cujus præcipua capita huc redire videntur. Mare æneum e metalli quadam specie conflatum esse, *quam hodie æs cyprium vel cuprum vocamus: aut etiam fuisse mixtum ex diversis metallis simplicibus, ad similitudinem æris corinthiaci, quam temperaturam vel etiam tincturam Græci forte a Phœnicibus & hi a Judæis didicerint*, qua occasione de duplici cupri tinctura agit p. 707. *Signa boum*, mari æneo suppositorum, vacua fuisse conjectat, *quod columnas quoque æneas intus cavas fuisse Jeremias c LII. 21. testetur. Simulacrorum magntudinem ex mari colligit*, ut probabiliter dici posse existimet, ad minimum habuisse longitudinem a capite ad radicem caudæ 5. cubitorum p. 709. colocynthas & imagines boum ita coordinat, ut alterno ordine, in quavis serie, per singulos ordines, quinæ collocentur, adeoque in universum 600. numerentur p. 710. Difficultatem circa rationem diametri ad circumferentiam, contra sycophantias Spinosæ disputans, sic solvit: *Si intellexisset* שושן *voculam, facile etiam capere potuisset, figuram fuisse sexangularem. Nam* שושן *Lilium sex habet folia, quorum explicatorum cuspides perfectum repræsentant sexangulum. Deinde stupor hominis inde apparet, quod nesciat, ex proportione circumferentiæ & diametri proposita colligere veram figuram. Quia enim diameter præcise triens fuit circumferentiæ, necessario sequitur, mare fuisse sexangulare, minime vero rotundum, prout perperam fingit Spinosa. Præter Euclidem etiam Archimedes demonstrat: Hexagono inscripto in circulo, diametron circuli esse tertiam partem ambitus ipsius hexagoni* p. 716. vid. Tab. IV. fig. 7. Dubium circa batorum numerum, maximopere vexatum, eodem modo solvit, quo supra n. 5. allegati Piscator, Ribera aliique. En ipsa Auctoris verba. *Hanc pugnantiam tolli posse autumo, si usum hujus maris respiciamus, qui fuit, ut Sacerdotes in illo (juxta 2. Paral. IV. 6.) lavarent corpora sua. Quia igitur profunditas fuit V. cub. sive XXXV. palmorum, ordinaria autem hominis statura sit pedum VI sive XXIV. palmorum, ideo ordinaria & usualis mensura tantum* 2000. *Batorum fuit, ne scilicet Sacerdotes lavantes submersionis periculum subirent. Lacus vero ad supremum marginem repletus, capere potuit* 3000. *Batos: hinc dicto loco Chronicorum expresse dicitur comprehendere, quæ vox in priori loco desideratur*, p. 717. Locum in Atrio tribuit, quem fig. 2 Tab. I. in A subindicat, nisi forte incuria ejus, qui figuram ligno incidit, inversa est figura, & figura Auctoris manu delineata locum in A notavit, Circelli reliqui notant decem labra ænea cum suis vehiculis. B. est Altare holocaustorum. C. pars templi stricte dicti. Pondus non adsignat, sed Mare æneum cum Campana olim Erfodiæ celebratissima comparat, quam 270. talentorum sive Centenariorum fuisse, testis est Topographia Thuringiæ, per Merianum edita.

X.

Auctor supra n. VI. adductæ dissertationis, qui nomen suum sub literis initialibus N. F. D. letere voluit, vir magnopere Mathematicus, in delineando mari æneo id operam dedit, ut non solum sacris literis, sed una etiam Josepho & Eupolemo satisfaceret. Supponit figuram ejus, non attendendo ad projecturas ornamentorum, superius fuisse cylindricam, diametro 10. cub. altitudine unius. Circumferentiam vero statim infra labium, sive supremum marginem, parumper undique prominentem, metitur 30. cubitis exacte, cum diameter ibi resultet Cub. 9. 549. sequitur, labii projecturam 0. 226. Cub. sive 4. circiter pollices, totumque mar-

marginem supremum, addita scilicet vasis crassitie, 7. pollices confecisse, quamvis Auctor ipse statuat, *coronam suam exterius supereminere cubitum unum:* unde dubium oritur, an hæc corona ei idem sit cum labio vasis, an aliud quid ab eo diversum, intelligat. Ab hoc cylindro vas in formam sphæroidicam dilatat, donec in basin circularem, sed planam, diametri 20. cub. desinens, una altitudinem 4. cub. consequatur, ut adeo tota altitudo quinque cubitorum prodeat. vid. Tab. II. fig. 3. Hanc vero figuram ita deducit. Supponit batum, pedi cubico Londinensi parem, legitimum & cum antiquo hebraico genuinum esse. Deinde substruit capacitatem Maris 3000. Batorum. *Ultimum enim hunc numerum, eundemque majorem, omnino sequi constituit, tum quod difficilius fuerit ab omnibus interpretibus expertum, ei satisfacere, tum quod vas omne ter mille batorum capax, contineat etiam bis mille batos, at non vice versa. Sed & capacitas illa major 3000. batorum in Hebraico textu longe expressioribus verbis indigitatur.* Porro capacitatem superioris Cylindri a 3000. pedd. cubicis subtrahit, ut restet capacitas maris hemisphæroidalis. Datis igitur & hac & profunditate 3. Cub., ingeniosissimo & e profundo matheseos hausto computo, basin deducit æqualem ei, quam supra Eupolemus recensuit, nempe 20. cubit. Huic vasi columnam, juxta Josephi placita, in medio subjicit, sub pedibus autem boum pollubrum cum Villalpando constituit, utroque sibi persuadente, eo modo Eupolemi coronam rite expressam esse.

XI.

Tandem ad celeb. Mel Philologi doctissimi, dissertationem descendimus, qua sequens nobis idea Maris ænei formatur. In pavimento Atrii constituit Cupam, in qua Sacerdotes pedes manusque lavarent, & e medio ejus Mare erectum depingit. vid. Tab. IV. fig. 8. *Hæc cupa erat receptaculum inferius, in quo colligebantur aquæ, per Epistomia maris delapsæ, & describitur in Textu* (sacro) *his verbis:* וקוה שלשים באמה יסב אתו סביב: *Et cupa triginta cubitorum circomdabat illud undique, quod non de peripheria sed diametro intelligendum.* Quadratum igitur constituebat, cujus diagonali posita 30. cub. existimat latera fore 20. Cub. p. 13. *Boves concham portantes,* existimat, *singulos peculiari fusione formatos, fuisse appositities, ut facilius tractari, & citra machinæ damnum tubuli, in dorsis boum prominentes, foraminibus in fundo maris adaptari, & infigi facile potuerint.* p. 16. Figura vero superaddita (quam vide paulo ante citatam) boves illos aquam largissime in cupam evomentes effinxit. Mare ipsum ita format, *ut in diametro habeat* 10. *cub. undique rotundum in ambitu, profundum quinque cubitos, superius aliquantulam incurvatum in forma cyathi: adeo ut perfecta ejus peripheria indagari non possit; quia mare non erat segmentum globi regulare, nec eandem ubique Cylindri retinebat æqualitatem* ibid. *Labium, non solum* facit *superius ad exteriores partes incurvatum instar calicis, sed adjungit ornatus gratia figuram repandi lilii, id est, per intervalla deficientis ac excrescentis* p. 17. פקעים ipsi sunt *protuberantes figuræ ovales, instar segmenti curcubitæ silvestris, sculptura striata & boum capitibus ornata, per quas tanquam epistomia defluebat aqua,* p. 18. Quod numerum eorum attinet, calculum eorum sententiæ adjicet, qui verba textus ita explicant: *In singulo cubito decem erant tubercula, ita ut in circumferentia triginta cubitorum fuerint trecenta epistomia, & quie duplex numeratur series, sexcenta, quibus superaddi debent,* juxta veram rationem perimetri ad diametrum, *adhuc 4. cubitorum epistomia, ita ut in universum præter propter 640. fuerint tubercula. An per tantum tuberculorum numerum defluxerit aqua: an vero per nonnulla, ita ut reliqua sine tubis, saltem ornatus gratia, fuerint addita,* incertum relinquit p. 19. In figura autem multo pauciora designavit, eademque multo majora, quam numerus ille admittit. Ut numerum batorum diversum sibi mutuo reconciliet, *per mare æneum intelligit non solum vas illud superius, boum dorsis incumbens, sed etiam inferiorem cupam, in quam aqua defluebat, ita ut vas illud superius, de quo sermo est 1. Reg. VII. fuerit capax mille batorum, adeo ut tota machina seu receptaculum tum superius, tum inferius, respectu capacitatis simul consideratum, juxta 2. Chron. IV. continuerit ter mille batos p. 25.* Denique ex eruditissimi Auctoris mente *Mare æneum fontem repræsentabat perpetuo scaturientem, ita ut ope machinæ, vel per artem, vel continuo labore versatæ, aqua ex fonte Etham, per aquæductus & canales, ad pedes boum æneorum fuerit elevata, per quorum cavitates & tubulos ascendebat in ipsum mare, idque implebat justa proportione, unde porro per epi-* sto-

stomia in cupam inferiorem effluebat , & ex eadem iterum per epistomia & canales in torrentem Kidron deducebatur p. 34. Quæ de lotione Sacerdotum quam prolixissime , suoque more pereruditе , disserit , ceu in reliquis etiam hypothesibus feci , præterea , quia ad constructionem Maris æneі non facit , de qua sola mihi hic loci agere constitutum est.

XII.

Tandem de significatione Maris æneі Mystica ex hisce *A*uctoribus nonnihil in medium proferre juvabit . Ac primum quidem Villalpandus Cap. XXXVII. de Magnif. Salom. in Tomn III. Comm. in Ezech. in dextro latere positum esse mare æneum dicit , *ut ingens aquæ copia ad purificandos sacerdotes deputata, sanguinem & aquam e Christi dextro latere manantem referat , quo universum humanum genus ablui , & super nivem dealbari potuisset* . Et paulo post *: Et quidem jure optimo venerabilis Beda ostium domus dextrum cum vulnere Christi dextro contulit , a quo omnia effluxere sacramenta , quæ mari ad dextram constituto plane indicantur , præcipue si maris finem & usum attentius expendas.* Tandem quæ de lotione præcipiuntur Exod. XXX. 19. & 2. Paral IV. 6. *omnia ad Ecclesiæ sanctæ sacramenta indicanda refert, sine quibus nulli fas est, vel ad Deum propius accedere , vel illi dignam aliquam offerre servitutem* . Cel. Reyherus ita de hac re sermocinatur: *Mare hoc æneum fuisse typum Christianæ Ecclesiæ, & præprimis Sacramenti Baptismatis puto , quia Sacerdotes in veteri Testamento per lavacrum ejus initiabantur, ad significandum ritum baptismi in N. T. quo non tantum Christus initiatus est ; sed omnes quoque Sacerdotes Christiani initiandi sunt. Mare hoc tanquam Lilium, Christianæ Ecclesiæ Symbolum , spinosis & venenatis colocynthis quamplurimis circumdatum erat , ad indigitandas futuras Ecclesiæ Christianæ persecutiones & anxietates. Boves , quia XII. & ad omnes Mundi plagas conversi , puto comparari posse cum XII. Apostolis. Non autem insolens est , Evangelium prædicantes cum Bobus triturantibus comparari , juxta Paulum* 1. *Cor. IX* 9. 10. *Quemadmodum autem non soli boves XII. ad omnes plagas mundi conversi erant , sed quamplurima boum sigilla , ad omnes horizontis ventos respicientia , mari affusa erant , ita non soli XII. Apostoli doctrinam de Baptismo prædicarunt, sed ex hoc lavacro innumeri alii processerunt & adhuc procedunt , qui omnibus gentibus baptismum impertiunt* p. 722. Celeb. Mel prolixius & ingeniose, applicatis quamplurimis Sacræ Scripturæ dictis , spiritualem significationem exponit . *Præfigurabat* , inquit p. 46. sequ. *mare fusum , seu vas superius cum aquis suis , prædicationem Evangelii , quæ est quasi fons perpetuo saliens . -- Mare symbolum est imperscrutabilitatis mysteriorum fidei. -- Epistomia superiora significant Concionem Patriarcharum , qui vixerunt tempore Promissionis & Prophetarum V. T. -- Boves portantes mare optime præfigurant duodecim Apostolos . -- Boves terni ac terni erant in lateee quovis sibi vicini: sic ministri Evangelii pacem inter se colebant, unanimiter ferentes jugum Christi. Prout aqua per Epistomia superiora, proculdubio etiam per capita boum inferiora, defluebat in cupam, ita ut per capita boum non adeo crassis emitteretur rivulis, per inferiora vero* 12. *boum ora pleniori fluxu traderetur; sic per Patriarchas & Prophetas aqua cognitionis in minori copia & quasi rorando decidebat : tempore vero N. T. plenis quasi rivulis verbum Evangelii prædicatur. Sacerdotes in Cupa non sedendo sed stando se lavare debebant: Sic fideles N. T. tanquam Dei regale Sacerdotium , verbum Evangelii accipere debent cum veneratione. -- Tandem sicuti aqua in late patentem effluebat cupam; sic doctrina Evangelii in universum Mundum exire debet : Nec demum mysterio caret, quod aqua ex cupa per tubulos deduceretur in canalem , qui sanguinem victimarum deducebat in fontem Bethesdæ, ubi sanabantur ægroti : sic Meritum Christi , & Obedientia ejus , tum activa tum passiva , quæ aquæ & sanguini comparatur, cedit in sanationem spiritualiter ægrotorum.*

SECTIO III.

Modestam Epicrisin subjungens.

I.

PRimum eorum, quæ jam in recensitis Auctoribus aliquanto accuratiori trutina perpendenda veniunt, *Locus* est , in quo Mare æneum collocarunt, ad quem tres saltem animum penitius intendisse videmus , præter veterem illum Eupolemum . Hujus autem sermo valde obscurus est , quamvis si dextrum latus ei sit , e medio templi recta orientem versus prospicienti, tale erat , omnino juxta assertum S. Scripturæ cap. I. n. 5. citatum , maris æ-

nei

nei locum assignavisse videatur. Id quod de Villalpandi etiam hypothesi sine dubio fatendum est. Idem de Reyhero nostro merito affirmare nullus dubito, quia credibilius est, ceu supra jam monui, figuram artificis negligentia depravatam esse, dum chartam, in qua delineata fuerat ab Auctore, nou tergo, ceu debuerat, sed facile ligno applicuit. Verum Cl. Lundius, Leonem aliosque Rabbinos secutus, in angulum a lateribus meridionali & occidentali formatum ablegato mari, cum sacris literis adversa fronte pugnat. Excipi quidem posset, in textu esse vocem, quæ ordinarie *humerum*, adeoque in ædificiis angulum potius externum, quam internum significet, unde colligi possit, angulum potius intelligendum esse externum, quem templi stricte dicti murus orientalis cum muro meridionali formet, & hoc sensu Tab. I. fig. 2. Mare æneum recte prope angulum illum collocari. Sed respondeo (1) illa voce etiam angulos internos intelligi, patet ex Ezech. XLI. 26. ubi de quatuor angulis intra portam sermo est. Deinde Ezech. XLVII. 1. eadem vox de angulo atrii eodem clarissime usutpatur, versus quem Villalpandus cœterique Mare æneum locarunt. (2) Si celeb. Lundii explicatio firmo staret talo, quinque Labra ænea juxta 1. Reg. VII. 39. eundem locum occupavissent, quem Mare æneum, quod vel absurdum est, aut si locum latissime extendere velis, certe ineptum. (3) Si demus, illam vocis explicationem recte se habere, non in A. collocandum fuisset mare, (Tab. I. fig. 1.) sed in a. Nam A. consistit *ab humero dextro*, non *in meridiem*, ceu textus jubet, sed in ortum, Sed symmetriam si spectes, sive mutuum operum a dextris positorum cum sinistris consensum & similitudinem, in unum omnes mihi a vero abesse, plerique vero eam penitus insuper habuisse videntur. Certe apud Leonem, Lundium & Reyherum plane nihil reperimus, quod ea ratione mari æneo decenter opponi possit, præter ipsum Altare æneum, quod ita tamen collocarunt, ut nihil minus quam symmetriam inter se constituant. Cum Villalpandi dispositione melius sese rem habere, primo quidem intuitu existimes, qui Altare holocaustorum in medio collocans, Mari æneo a dextris posito, a finistris *Musach Sabbathi* opponit. Verum si 2. Reg. XVI. 18. attente pensitemus, unde noster istud sine dubio petiit, videtur plane diversum ab eo, quod sibi confingit, nempe splendidum & regium ejus generis operimentum, quod Baldaquin vocamus, idque erectum fuisse, super porta Atrii interioris orientali, sub qua Rex Judæ die Sabbathi sacris aderat. Hoc itaque, nisi omnia me fallunt, textus sibi vult: operimentum istud Regem Ahas, contra mandatum Dei, ulterius circa Atrium interius continuasse, & hoc quidem *ad facies Regis Assiriæ*, hoc est, Regi Assyriæ, utut ethnico & Idololatræ cum Satrapis, sub eo locum cum honorificum, tum contra Solis æstum, ibi locorum gravissimum, præmunientem, ad spectanda Sacra Judaica, extruxisse. Neque est, ut excipias, vocem הסב, quæ reddi solet *circuire fecit* vel continuavit, significare etiam *semovit* vel *amolitus est*. Tametsi enim hæc significatio hinc inde, quamvis admodum improprie, locum inveniat, nostro tamen in loco nullatenus succedit. Nam ingressus Regis, de quo hic agitur, nihil aliud fuit, quam ipsa porta Atrii Orientalis, per quam nemini præter Regem, eique saltem die Sabbathi, ingressus dabatur. vid. Ezech. XLIV. 3. & XLVI. 2. Hunc vero ingressum amoliri non potuit, sed dilatare potuit, ac introductione Regis Assyriæ profanare. Neque ulla causa allegari potest, vel ullus usus, qui Regis ex amolitione oriri potuisset. Dices forsan, potuisse amolitionem illam eosdem ob usus fieri, propter quos Ahas sustulerit boves snb mari æneo, & bases sub decem labris æneis, nempe ut inde partem tributi lucraretur, quem Regi Assyriæ pendere cogebatur. Sed respondeo: tributum illud aliunde petitum esse, patet ex 2. Reg. XVI. 8. In quos vero usus Ahas bases & boves æneos converterit, infra videbimus. Denique vox: amolitus est, cum sequentibus vocibus connecti nequit, quid enim sibi velint hæc verba: *ingressum regis extrinsecum amoliit domum Domini?* Ubi, si dicas, subintelligi posse particulam a, ut dicatur dimovisse a domo domini, cogitandum est, non temere quidqam in sacris literis subintelligi debere, ne abutentibus sacro textu latior porta aperiatur. Quicquid igitur Musach Sabbathi fuerit, cum mari æneo conferri, aut in symmetriam venire non potuit, quia ita comparatum fuit, ut extendi & circa Atrium continuari posset: vel certe super porta orientali constitit, quæ procul ab eo loco abest, quem Villalpandus illi *Musach* tribuit, quemque a Rege inter sacra occupatum esse, nulla un-

unquam veriſimilitudine probari poterit. Patet igitur, nobis infra de alia diſpoſitione apparatus ſacri, in atrio interiori, cogitandum fore.

II.

In vexatiſſima illa quæſtione de concilianda 10. cub. diametro cum peripheria 30. cubit. tædet me, temerariam eorum impudentiam refellere, qui, ex quo ſemel difficultatis alicujus ſolutionem fruſtra tentarunt, ſtatim neſcio quam textus corruptelam ſomniant, quaſi divinarum cogitationum infallibilis menſura, anguſtus hominis, ſæpe ſatis hebeti & obtuſo ingenio præditi, intellectus eſſet; aut Deus, qui verbum ſuum, ſcripto revelatum, contra omnes perſecutorum furias, per tot annorum millia, ſartum tectumque ſervavit, adverſus amanuenſium oſcitantiam tueri aut noluiſſet, aut non potuiſſet. O miſerum genus mortalium, quod neſcit, tanto longius quemvis a rerum ſacrarum intellectu arceri, quo magis ſuis viribus confidit, quod, dum brevi corruptiſſimæ rationis decempeda, ſub ſimplici ſtilo latentem divinæ majeſtatem ſapientiæ metiri audet, ſui ipſius cognitionem turpiter amittit. Moderatius ſeſe gerunt, qui ſacrum ſcriptorem minutias neglexiſſe, aut numero rotundo gaviſum eſſe, exiſtimant. Tamen non poſſum non cum doctiſſimo Mel c. II. §. 2. reſpondere: *Non ſufficere commune effugium numeri certi pro incerto, & rotundi pro minus rotundo, ubi de accurata corporis alicujus dimenſione agitur. Certe ubi de menſura apparatus & ſuppellectilis ſacræ ſermo eſt, reperio plane, non negligi menſuræ rotundæ ſuperabundantiam, ita ut partes etiam dimidiæ recenſeantur: ſic Exodi* 25. *ubi de Arca fœderis agitur, mentio fit longitudinis duorum cubitorum cum dimidio & latitudinis cubiti unius cum dimidio &c.* Addam & hoc: in omnibus templi & apparatus ſacri deſcriptionibus egregium plane ſelectiſſimarum rationum luſum animadverti, quod prolixe demonſtravit Nic. Goldmannus Inſtit. Archit. Lib. I. cap. 7. quas inter rationes merito recenſentur, quæ ad Mare æneum ſpectant, nempe ſubdupla altitudinis ad latitudinem, ſubtripla diametri ad perimetrum, adeoque ſubſextupla altitudinis ad perimetrum. Quis vero dicat, tam elegantes ſimplicitateque ſua jucundiſſimas rationes in textu ſaltem reperiri, in ipſis operibus non extitiſſe? Dicendum vero id foret, ſicubi inter numeros illos admitteremus rotundos, pro minus rotundis recenſitos. Eorum vero ſententia ingenii acumine non plane deſtituitur, qui figuram non penitus circularem, ſed aliquantiſper depreſſam ſive ellipticam fingunt, ſed veritatem eleganti partui non litant. Credibile enim non eſt, hoc in caſu ſacram Scripturam nos, unica ſaltem diametro recenſita, in bivio relinquere voluiſſe, aut in incerto, quin potius pro inutili perimetro alteram diametrum notaſſet, cum ex utraque diametro peripheria facilius innoteſcat, quam ex hac & alterutra diametro reliqua. Neque reliqua Templi diſpoſitio ejuſmodi irregularitatem vel imperfectionem admitteret, ubi omnia exacte biquadrata, ſeſquiquadrata, quadrata & rotunda invenimus. Imo corporibus, exacta & circulari rotunditate conflandis, facillime parantur formæ & nuclei, quia tornari queunt, contra ellipticæ figuræ, quantumvis a circulo, parum vel multum diſcedenti, non niſi difficillime. Cur itaque Architectus ſapientiſſimus maluiſſet, ingenti labore imperfectam figuram producere, quam levi opera perfectam? Sed cum Auctore etiam Anglo aliiſque nolim diametrum in latiori parte, circumferentiam in anguſtiori quærere, illamque in ſummo a labio ad labium, hanc paulo infra labia metiri. Rationi pariter ac conſuetudini hic metiendi modus adverſus, omniſque uſus expers eſt. Incidunt autem in Scyllam, qui hac ratione difficultatis illius Charybdim evitare volunt. Nam diam. circuli 30. cubitorum conficit $9\frac{6}{11}$ cubitos. Ita vero labia tantum $\frac{3}{11}$ cubiti, hoc eſt, $6\frac{3}{22}$ poll. prominuiſſent, quod non tantum reſpectu tam vaſti corporis plane incongruum, ac pro labio calicis vel lilii penitus ineptum, verum etiam reliquis templi numeris ſimpliciſſimis indecorum fuiſſet. Quod ſi vero menſura intra vas capta fuiſſet, quis non citius credat, ipſam peripheriam circularem, filum ipſi ſucceſſive adſtringendo, captam eſſe, quam per ſex ordine chordas æquales ſub menſuras redactam? Fateor itaque, Celeb. Reyheri hypotheſin hac in re mihi maxime arridere, niſi quod malim, corpus ipſum conchæ rotundum, non ſexangulare, quemadmodum lilium labiorum extremitatibus hexagonum format, in ſe tamen rotundum eſt. Quemadmodum vero Cl. Auctor Spinoſæ merito vitio vertit, *quod*, utut matheſeos gnarus, *neſciat, ex proportione circumferentiæ ac diametri propoſita, colligere veram figuram*, ita Interpretes ex eo ipſo de-

debuissent colligere, figuram labii maris neutiquam fuisse circularem, quia circumferentia una cum diametro memoratur, quod in circulo superfluum fuisset. In eo enim cognita saltem diametro, circumferentia amplius latere non potest, ceu probe monet Cl. Mel p. 11. Hujus vero ipsius hypothesis una mihi ob hanc causam suspecta esse cepit, quæ alias, cum novitate sua, tum ingenio, facile me in partes suas abripuisset. Cum enim beneficio Reyherianæ hypotheseos didicissem, plausibilem rationem adduci posse, cur hoc in loco cum diametro peripheria simul definiatur, statim saltus ille, quem Cl. Mel circa hos numeros a summo maris ad imum facit, animum meum suspendit: tametsi vero paulo attentius rem consideranti nullius admodum momenti hoc dubium videbatur, aliud tamen, ceu in rebus dubiis fieri solet, ex eo mox propullulavit. Cupam enim inferiorem, si diametro 30. cub. circularis aut eodem latere quadrata statuatur, majorem fore, quam ut ab Atrio commode capi potuisset, ipse agnoscit, ideoque sub 30. illis cubitis, ceu supra audivimus, diagonalem quadrati intelligere mavult. Mihi autem videtur plane insoliti quid esse, quadratum diagonali sola indicari, cum eadem pluribus figuris communis esse queat. Notum etiam est, quadrati diagonalem 30. cubitorum latera non 20. sed $22\frac{13}{100}$ cubitorum conficere, imo lateribus plane incommensurabilem esse, ceu ex radicum extractione statim constat, & ab Archimede Prop. III. Cyclom. & Euclide prop. ult. Lib. X. dudum demonstratum est. Ipsum vero Dn. Mel mensuras & numeros surdos in templo Dei non admissurum esse plane confido. Quamobrem neque ipse mihi, nec alius quisquam vitio vertet, quod soli Reyherianæ explicationi inhæreo.

III.

Plus operis facessit diversitatis in numero Batorum conciliatio, imprimis ubi nobis cum contumaci adversario res est. Quamvis non videam, quid magni momenti aut quid omnino regeri possit, sicubi batorum communis & sacri differentiam urgemus. Adeo quidem perfrictæ frontis athei reperiuntur, ut, quicquid in buccam illis venit, oblaterantes, tamen putent se strenue pugnasse, quibus cum ficulneis syllogismis potius, quam rationum ponderibus agendum est. Nihilominus, si in hoc casu negativæ probationem addere jubeantur, obmutescent. Ea enim argumenta, quæ c. I. n. 8. in contrarium adduxi, id quidem evincunt, liquido eam demonstrari non posse. Impudens autem, mea sententia, foret, qui iisdem fretus illam absolute negare auderet. Præstat tamen, nos ceu supra itidem monuimus, ut omnem sciolis elabendi rimam præcludamus, de aliis insuper conciliandi modis solicitos esse. Atque ita eorum conjectura, qui existimant, potuisse quidem 3000. batos infundi, tamen ordinarie 2000. saltem infusos esse, tametsi primo intuitu levis & lubrica appareat, nihilominus si rationibus suis rite instructa prodeat, suos quoque procos meretur. Dolendum autem, quod nonnullorum somniis potius quam argumentis, non parum deformis reddita est. Quid enim puerilius dici possit, quam Sacerdotes, in concham tam elevatam lotionis gratia adscendisse, ideoque ne mergerentur, vas nunquam ad summum repletum esse. Cui igitur usui tanta vasis profunditas? qua via aut quo adminiculo adscenderunt, quo vero e vase viri proceritatem longe superante iterum emerserunt? Si vero nuditas omnis Sacerdotum adeo caute obvelanda fuit, juxta Exodi XX. 26. ut ne ad Altare quidem holocaustorum, tres saltem cub. altum, eis per gradus ascendere liceret, amabo, quo modo putas eos ad Mare 10. cub. altum adscendere potuisse, illæsa illa lege? Sed largiamur paulisper, in his omnibus nihil absurdi esse, tamen conciliationis illa via pudendis erroribus implicatur. Concipe enim maris ænei amplitudinem, per modum cylindri, ab imo ad summum æqualem, 2000. itaque Bati in eo duas tertias altitudinis, hoc est, (cubito saltem 21. pollic. supposito,) 3. cub. 6. poll. sive 69. poll. occupabunt. Jam dic mihi sodes, quot homines e millibus tantæ proceritatis fore putes, ut in ista profunditate ora extra aquam servare queant. Ego vix unum fore conjicio. Satis itaque mirari nequeo, virum aliquem celeberrimum & Mathematum cognitione inter paucos excellentem illi sententiæ calculum adjecisse. Melius supra memoratæ conciliationi consulimus statuentes: totam concham comprehendisse 3000. batos, quibus durante nocte repleri consueverit, cupam vero sive pollubrum sub boum pedibus, quod ad fuisse ratio pariter & gravium virorum unanimis fere consensus suadet, ceu infra pluribus videbimus, continuisse 1000. batos e quibus Sacerdotes manus & pedes abluerunt. Sic factum esse, ut mane statim, missis

missis e concha mille batis in cupam, ordinarie 2000. bati in ea relinquerentur, sine dubio pro victimis aliisque sacris usibus. Et hoc sane respectu dicemus, non sine emphasi 2. Paral. IV. reduplicari *comprehensionis* vocem, ut indicaretur totam capacitatem sumtam 3000. batos confecisse, cum ordinarie 2000. saltem bati in Mari fuerint. Sed tertia hypothesis, quæ mare æneum liquidorum 2000. aridorum 3000. batos complexum esse ingenti fiducia asseverat, nullis coloribus pingi potest, ne propius intuentes, ac serio rem agentes, eam contra Solem loqui deprehendant. Largiamur enim, batum tam aridis quam liquidis adhibitum fuisse, licet contrarium fere Sacræ literæ indicent, largiamur etiam, non absurdum esse, mare æneum aquæ destinatum aridorum mensura metiri: nihilominus fieri nequit, ut conciliatio ista sarta tectaque maneat. Quod ut eo clarius pateat, non pigebit, simplicissima geometriæ elementa huc in medium adducere. Norunt autem, qui ea vel a limine salutarunt, Conum vel Pyramidem esse tertiam partem Cylindri vel Prismatis, æquales & basin & altitudinem habentis. Cumuli autem communiter instar Conorum considerantur, neque id inepte, siquidem altitudo eorum paulo major assumitur, quam revera est, ut ea in cono exacto id compensetur, quo cumuli alias ob gibbam superficiem abundant. Jam si vas 5. cub. altum, 10. latum, & cylindricum, ad quod maris ænei forma aptissime reducitur, frumento impleas, multo labore & artificio opus habebis, ut acervum accumules ad altitudinem vasis sua altitudine prope accedentem, tum vero tertiam demum partem in vase contentorum conficiet, adeoque vas 2000. batos liquidorum continens, haud amplius quam 2666. batos frumenti recipiet, quod multum adhuc abest a 3000. Ne quid tamen, in examine hujus rei, a quoquam jure desiderari posset, insuper experimenta institui, factoque vase cylindrico, cujus semidiameter profunditati æqualis erat, primo triticum infudi, nullo tamen modo efficere potui, ut cumulus saltem tertiam partem in vase contentorum æquaret. Deinde Sale non parum madido injecto, cumulum omni nisu compegi, tamen, quod ipse ante non credideram, id obtinere non potui, ut dimidius esset eorum, quæ in vase ad summum marginem complanata restiterant. R. Leo suum conciliandi modum non prodidit. Si tamen figuram ejus non solum attente intuemur, verum etiam sub mensuras redigimus, parum abest, ut inferior quadrata pars capacitatem habeat, superioris rotundæ sive Cylindricæ duplam: unde forsan id intendit, utramque partem simul continuisse 3000. quadratam solam 2000. batos. Quosi si ita haberet, nihil tamen hæc conciliatio amplius efficeret, quam communior illa, quam paulo ante secundo loco explicuimus. Cum enim interior capacitas idem continuum, & quadrata capedo illius saltem partem constituat, hic etiam relinquitur quæstio, quænam causa sontica sit, cur sacra Scriptura in alio loco totam capedinem, in alio tantum partem ejus aliquam enarret. Restat ut de Clar. Mel hypothesi, a reliquis toto cœlo diversa, agamus. Nimirum cupæ superiori tantum 1000. batos, inferiori 2000. tribuit, ut 1. Reg. VII. de hac tantum, 2. Paral. IV. de utraque simul sumta loquatur. Fateor autem, quod impetrare ab animo meo nullo modo potuerim, ut in castra ejus transirem, quamobrem ab allegandа ejus sententia maluissem penitus abstinere, nisi eo ipso in virum æquitatis amantissimum iniquior fuissem. Novi enim, quod eandem sentiendi libertatem, qua erga aliorum opiniones usus est, aliis in suam iterum quam lubentissime concedat. Pergam igitur ea, qua decet, modestia inquirere, an Mare æneum, ceu ab eo delineatum est, juxta bati & cubiti mensuram ab ipsomet constitutam, capacitatem supra dictam obtinuerit. Batum scilicet S. I. c. VI. §. 5. p. 22. ovis 432. ovum 3. poll. cubicis circumscribit. Cubitum communem ibid. §. XI. quinque palmorum, & sacrum ejus duplum, sive 10. palmorum seu 30. pollicum facit. Capacitatem cupæ superioris assumam saltem, ut hemisphærium, quamvis delineatio Auctoris multo ampliorem referat. Diameter, detracta utrinque metalli crassitie, relinquitur 294. poll. cujus cubus conficit 25412184. adeoque sphæra, juxta rationem Archimedis 42. ad 22. est 13311144. & capacitas maris ex hypothesi dimidium ejus, nempe 6655572. poll. cubic. Batus autem sive 432. ova ferunt poll. cub. 1296. adeoque mille bati 1296000. qui numerus tamen in antecedenti capacitate quinquies & amplius continetur, atque ita a minimæ formæ cupa, secundum Cl. Mel principia, ultra 5000. bati absorberentur. Cupam vero inferiorem, quæ ex mente ejus 2000. batos sive 1592000. poll. cub. continet, per

per superficiem 360000. poll. quadratorum dividentes, non nisi profunditatem $7\frac{1}{5}$ poll. reperimus, quæ sane ipsi Auctori justo longe minor videbitur. Medela tamen huic malo adhiberi potest, Batum cum Bernardo 2210. poll. cub. & cubitum 18. pollicum assumendo, ita ut concha sub ea forma, quam Auctoris designatio suppeditat, quam proxime 1000. batos capiat, & cupa profunditatem trium fere pedum acquirat. Verum enim vero, si ulla alia de re, de hoc certe maxime dubito, an Dn. Mel cuiquam persuadere possit, ne 1. Reg. VII. 26. prædicatum capacitatis ad vas illud referat, cujus densitas & forma in eodem versu & contextu, situs vero in verbis proxime antecedentibus describitur, sed potius ad aliud, cujus obiter saltem & incidenter longe superius versu 23. adeoque ante tres versus integros mentio fit. Tandem de Vatabli effugio notandum est, quamvis nomen Paralipomenon ipsi libro coætaneum non sit, tolerari tamen exceptionem posse, ut dicamus, unam alteramve cujusdam historiæ circumstantiam in Libris Regum omissam, in hoc libro Chronicorum suppleri. Imo sæpius id fieri, evidentissima eaque bene multa exempla extra omnem dubitationis aleam ponunt. Verum talis omissio Librum divinum minime deceret, sicubi in recensendis alicujus rei mensuris, numeri alicujus quasi discerpti pars omitteretur. Hoc enim sine errore aut malitia fieri nequit. Absit ergo, ut talia unquam de verbo Dei cogitemus.

IV.

De Phœnomenis, n. 9. 10. & 11. expositis, parum vel nihil in medium attulerunt Interpretes. Apud solum Villalpandum invenio ponderis aliquod examen, in quo tamen jure quædam requiri posse videntur. Dimensus sum, qua fieri potuit, cura & ἀκριβείᾳ libram in forma curti coni, lateribus parumper concavis, ex ære vulgari formatam, (erat autem talis, quarum 110. conficiunt Talentum vel Centenarium) & inveni poll. cub. 1. scrupula decimalia prima 520. secunda 42. Quam mensuram cum Villalpandi numeris conferendo, & utrinque æquales pollices, eandemque gravitatem metalli specificam supponendo, deprehendi, pondus Villalpandi ad nostrum vulgare se habere ut 237. ad 304. atque ita valde exiguum esse. Sed majorem pollicem a Villalpando usurpatum esse, vix credo, quia Rhenolandicus inter maximos totius orbis est. Si vero sola metalli intrinseca constitutio libram tam exiguam, nostræ pondere æqualem, reddere deberet, nimis pretiosa nobiliorum metallorum argenti & auri admixtio requireretur. Sed concedemus interim Auctori suam ponderum rationem, & videbimus, quomodo in ære Maris, ad certum pondus redigendo, sese gesserit. Supra vero cap. I. §. 9. jam ostendi, credibile non esse palmarem crassitudinem, si mari æneo, ubi tenuissimum erat, vel toti conchæ, sine sculpturis & projectionibus considératæ, tribuatur, quam adeo noster in computo suo assumens, non potuit non concham justo ponderosiorem elicere. Deinde non satis intelligo, an sub voce baseos, quam una cum duodecim bobus ad rationes ponderis redigit, intelligat pedem illum, quo concham maris pateræ similem fecit, & boum tergo imposuit, an pollubrum sub boum pedibus. Si hoc, falso mihi id æneum supponere videtur, quia dubium non est, si æneum fuisset, sacrum textum ejus quoque mentionem facturum fuisse. Sin illud, nimium ponderis illi tribuit, nisi basin illam plane solidam omnique cavitate carentem, ac boves etiam, conchæ crassitudine parum cedentes, in animo habuit, quod robur tamen nimium ac superfluum fuisset. Dum hæc de pondere ago, commode in mentem redit, quod Cel. Reyherus comparationem inter Mare æneum & Campanam Erfordiensem, olim celebratissimam, instituens, haud magnam inter has moles differentiam intercessisse putet, eo enim non possum non explicare hæc Auctoris verba: *hanc quidem altiorem & crassiorem, illud vero amplius & capacius fuisse*. Verum bene multi mihi scrupuli circa hanc rem inciderunt. Mensuræ illius campanæ admodum incertæ sunt. Reyherus altitudinem 7. ulnarum, diametrum $4\frac{17}{}$ uln. narrat: sed talis campanæ proportio nullibi reperitur, cum diameter altitudine nunquam minor sit, imo multo major potius. Crassitudo autem campanæ sesquipedalis plane enormis etiam in imo esset, ubi ictus pistilli excipit. Denique iniquum est, cubitum sacrum Templi cubito nostro, vel ulna vulgari, tanto minorem constituere, ut illi octo, hos tantum septem constituant. In Topographia Meriani altitudinem $4\frac{1}{2}$ ulnæ, diam. $6\frac{1}{2}$ circumf. $14\frac{1}{2}$ reperio, ubi ratio altitudinis ad diametrum formæ campanæ optime quidem convenit, sed ratio diametri ad circumferentiam pessime sese habet, quia

quia diam. $6\frac{1}{4}$ cub. $20\frac{3}{7}$ cub. secundum vulgatam Archimedis rationem, pro circumferentia exhibet. Attamen in hac caligine historiæ, sequentem campanæ magnitudinem venditans, non longe a vero aberrabo. Circumferentiam, e consensu Auctorum citatorum, & vulgari etiam traditione, assumo XV. cubit. Erfordiæ consuetorum, vel 28. pedum Rhenol. unde diameter $8\frac{10}{11}$ ped. resultat. Altitudinem, ratione campanis aptissima, 4. ad 3. inde eliciens, conficio $6\frac{15}{22}$ ped. vel ratione non minus idonea 3. ad 4. $7\frac{1}{8}$ circiter ped. Vidi autem locum, quem campana illa occupavit, quemque hodie alia obtinet, quam illa paulo minorem esse fatentur, & bona fide asseverare possum, majorem, quam descripsi, campanam ab illo loco, vix ac ne vix quidem recipi posse. Atque hæc ipsa magnitudo ejusmodi est, ut parem per totam Europam non inveniat, atque adeo campanæ illi Erfordiensi, sub hac etiam prærogativa sua, sua gloria maneat. Talis vero campanæ crassitudo non potest major esse, nisi in imo ad exiguam altitudinem 7. pollicum, per omne vero reliquum spatium saltem duorum. Cumque his numeris pondus, in supra citata Thuringiæ Topographia recensitum, 270. talentorum probe conspirat. Manifestum itaque est, eodem jure olim Tityrum Virgilii Mantuam Romæ componere potuisse, ac Erfordiensem campanam cum Mari æneo conferas. Modum transferendi tam stupendam molem, e laboratorio in Atrium Templi, Celeb. Mel in cit. præfatione dissertationis, inter ea quidem numerat, quæ investigatu digna censet, in ipsa vero tractatione ipsemet silentio præterit, reliqui Interpretes, quotquot de hac re agentes consulere potui, de hac circumstantia nullatenus soliciti sunt. Aquam communiter e fonte Etham derivant, sed ubi ille scatuerit, nusquam solidis rationibus indicatum reperio, multo minus accurate inquirunt, utrum naturali lapsu, an aquæductu, per vices labendo & ascendendo, num vero machinæ haustoriæ ope ad templum devenerit. E Rabbinis saltem machinæ sive rotæ versatilis obscuram mentionem breviter faciunt, cui tamen obstant, quæ supra cap. II. n. 7. e Talmude adducuntur. Si enim fons Etham monte Templi sublimior fuit, sine machinarum adjumento, aqua eo descendere potuit. Missis igitur his, ad formam ænei Maris, secundum placita supra adducta considerandum, occasione problematis n. 12. pergimus.


V.

Ac primum quidem, præter solam Cl. Reyheri delineationem, reliquæ supra labium quidem calicis, non æque tamen lilii formam referunt, quam sacer textus verbis luce meridiana clarioribus requirit, imo fere respuunt. Forma enim Lilii sex vel ad summum duodecim folia prominentia admittit, quæ in margine dictarum delineationum, projectionem cubito æqualem haud quaquam admittente, nullo sese modo formari patiuntur. Ex quo vero concham superius adeo contrahimus, ut labium satis prominere queat, in alia incommoda impingimus, excepta sola Cl. Mel hypothesi, quæ mutationem illam & contractionem sine incommodo subire potest. Jam de capacitate videamus, ut certo constet, an figuræ ab Auctoribus depictæ, secundum mensuras cubiti & bati ab iisdem receptas, debitam quoque capacitatem præ se ferant: sin vero minus, an levi & justa sive bati, sive cubiti, sive utriusque mutatione, defectui aut excessui consuli possit. A limine statim occurrit nobis vulgaris Rabbinorum opinio de cubito (citante Const. l' Empereur de mens. Templi, cap. II. sect. I. p. 37.) *cubitum structuræ esse palmorum sex; at vasorum esse quinque*, quam R. Jeh. Leonem secutum esse, admodum verosimile fit. Quod si ita se habet, non video, qui capacitas maris ænei, a dicto Leone delineati, cum veritate consistere queat. Nam si subtracta undique metalli spissitudine, & ubi opus etiam prominentia Labii, cylindrum, qui superiorem Maris partem constituit, & una parallelepipedum, quo pars inferior formatur, computamus, posito cubito 6. palm. sive 18. poll. capacitatem 2316474. poll. cubic. reperimus, quæ in 3000. batos divisa, batum 772. pollic. cub. producit, qui sine dubio justo longe minor est, in 2000. divisa, batum 1158. poll. cub. qui nondum minimam & Rabbinis usitatissimam bati mensuram attingunt. Eadem difficultas celeb. Lundium premit, siquidem cubitum, quem itidem sex palmorum assumit, 18. poll. definiamus. Verum hac in re aliquid ambiguitatis fovet, dum Jud. Alterth. pag. 5. num. 13. palmo 4. digitos sive pollices tribuit, non obstante, quod vulgo inter digitos ac pollices distingui soleat, & 4. digiti revera 3. pollices æquent. Quod si igitur cubitum 24. poll. pro vero admittamus, quod

quod jure tamen & non invita veritate fieri nequit, omnino Batos 2903. poll. cub. enaſcitur, qui quamvis admodum magnus, tamen inter numeros ſupra Cap. I. n. 7 allegatos locum invenit. Villalpandi vero hemiſphærium rite ſub examen revocare non licet, qui Commentariis ejus deſtitutus, non amplius recordor, quantum præciſe fecerit cubitum. Hoc tamen certum eſt, ſive cubitum 18. poll. aſſumamus. batum cum vulgarem, tum ſacrum juſto longe minorem, ſive 27. poll. tribuamus, longe majorem prodire. Sed cubito ſacro 21. pollices tribuentes, ut vulgarem 18. poll. palmo ſuperet, batum vulgarem ſaltem 808. poll. cub. adeoque ſine dubio minorem æquo, ſacrum vero $1212\frac{1}{4}$ poll. cub. adeoque ne vulgari quidem, juxta minimam hypotheſium, ſupra recenſitarum, parem ſortimur. Qui vero cubitum 34. poll., conſentiente ratione, antiquitate & S. Scriptura, ſubſtituere poſſimus, non video. Neque de Reyheriana idea ſatis tuto judicium ferre licet, quia celeb. Auctor figuram, obiter ſaltem delineatam, & ſcala geometrica deſtitutam, exhibuit. Haud tamen inique, credo, cum eo agemus, ſupponentes, labii ſex folia, quæ pinxit, ſupra ipſum cupæ corpus dimidio cubito aſcendere, integro autem undique projici, atque ita ſpiſſitudine metalli undique ſubtracta, capacitatem vaſis cylindro 4. cub. palm. alto, & ſecundum diametrum 7. cub. 4. palm. lato, comparantes Cubitum vero Auctor Tir. XXXIIX. n. 17. ſex palmorum, palmum ſex digitorum, atque ita ſine dubio $4\frac{1}{2}$ poll. conſtituit, unde cubitus 17. poll. reſultat, qualem ſupra ex alia ratione deduxi. His poſitis capacitatem maris elicimus 3939047. poll. cub. quos per 3000. batos dividentes, quos Auctor Mari perpetuo vindicat, 1313. poll. cubicos pro Bato obtinemus, ut adeo cum Rabbinorum Bato ſatis exacte conſentiat. De hypotheſibus Clar. Mel & eruditiſſimi Angli N. F. D. haud opus eſt, ut hac in re verba faciamus, quia de illa jam ſuperius actum eſt, hæc vero e præſuppoſita capacitate geometrice formam derivat. Reliqua de forma Maris dicenda paucis huc redeunt, Villalpandi hemiſphærium boum tergo commode non poſſe aptari, pedem vero ſub eo cum Auctore fingere velle, nimiam forte libertatem ſapit, ſiquidem S. Scriptura nullam ejus mentionem facit, imo vero ipſum mare potius immediate bobus incubuiſſe, ſatis diſerte docet. Ut taceam, eum ipſum quoque pedem anguſtiorem eſſe, quam ut tergis boum tuto incumbat, niſi poſteriora eorum, quod tamen monſtri ſimile foret, in unum confundere velis. Celeb. Lundii formam rejicere non auſim, quamvis tanti non facio Rabbinorum auctoritatem, ut etiam aſſentiar. Imo qui formam ab imo ad ſummum rotundam præferunt, ſacris literis aliquanto propius accedere videntur, quæ cum ſuperiorem rotunditatem indicarent, quare inferiorem quadratam figuram non itidem indigitaſſent? Tametſi vero non ſine ſpecie aliqua regeritur, minora decem labra inferius quadrata, ſuperius rotunda, & Altare æneum ab imo ad ſummum quadratum fuiſſe, adeoque ſecundum ſymmetriæ regulas, cum iis Mari, inferius quadrato, ſuperius rotundo, optime convenire: in promtu tamen eſt reſponſio. Nam labra fuere mere rotunda, baſes vero ſive fulcimenta, ab iis omnimodo diverſa, quadratam obtinuere figuram. Male igitur hinc colligitur, labrum ipſum majus fuiſſe partim quadratum partim rotundum. Deinde expreſſe textns monet, fulcimenta illa fuiſſe *quadrata, non rotunda*, nec mirum, quia in hac ſuppellectili ſacra omnia myſtica erant, in ejuſmodi vero typis figuræ inter præcipua ratio haberi ſolebat, unde tanto certius fit, illam figuræ diverſitatem in Mari etiam indicandam fuiſſe, ſi adfuiſſet. Quod ab Altari deducitur argumentum, aliquanto majori ſpecie indui poteſt, ſi notetur, illud ab imo e tribus articulis quadratis, gradatim conrractis, conſtitiſſe, quartam vero ac ſupremam partem alia figura gaviſam eſſe, quæ Ezech. XLIII. 15. per cornua indicatur, nimirum quadratam fuiſſe, ſed lateribus concavis, & angulis tranverſim quaſi reſectis, ea ipſa forma quam in Architectura Abacus capituli Corinthiaci præ ſe fert. Jam ut Mare æneum pulchra ſymmetria opponeretur, nihil convenientius fuiſſe cupa inferiori quadrata, duodecim bobus, ordine ſuo paulo anguſtius quadratum formantibus, ac denique Mari ipſo, tertium quadratum inferiore ſui parte referente, tandemque diverſa ac rotunda figura ſummam partem abſolvente. Neque valet hic exceptio a ſilentio petita, quia ſupra phænomeno n. V. c. I. jam monitum habemus, ſæpe prætermiſſas alicujus operis architectonici menſuras, & circumſtantias e regulis ſymmetriæ peti poſſe. En vero clarioris demonſtrationis ergo figuram ichnographicam, cum verſione ſacri textus verbotenus inſtituta,

do-

donec hanc rem, tractationi de Mari æneo, neque rerum dicendarum copia, neque utilitate neque dignitate cedentem, peculiari dissertatione exponere liceat.



Et istæ mensuræ Altaris in cubitis, cubito continente cubitum & palmum: & fossa (a. a.) unius cubiti & latitudine cubiti, & peribolus ejus (b. b.) ad marginem ejus undique palmi unius, & hinc eminentia Altaris. Et a fossa supra terram usque ad ambulacrum majus (c. c.) pro auxiliantibus, quatuor cubiti, & latitudo cubitus. Et (sequens articulus vocatus) Mons Dei quatuor cubitorum (d.d.) Et ab Ariel (e.e.e.) (ita vocabatur articulus supremus vel Altare ipsum stricte dictum) & in summo quatuor cornua (f.f.f.f.) Et Ariel duodecim longitudine, & duodecim latitudine, quadratus ad quadraturas suas. Et ambulacrum pro auxiliantibus (d. d.) quatuordecim longitudinis, in quatuordecim latitudinis ad quatuor quadraturas ejus, & peribolus (i.i.i.i.) circum illud dimidii cubiti, & fossa ei (m. m. m. m.) cubiti circum. Et gradus ejus (n. n. n. n.) respicientes orientem.

His tamen non obstantibus, ad præferendam istam Maris figuram, inferius quadratam, permoveri nequeo, non solum, quod articuli illi Altaris ænei ab invicem plane diversi sint, ac peculiaribus quisque usibus destinatus, cum neque ratio neque usus indicari possit, ob quem idem vas infra quadratum, supra rotundum fieri debuisset, verum ob aliam etiam, eamque architectooicam, rationem. Nam sub quadrata forma boves collocari nequeunt, quin utrinque ab angulis nimium versus medium removeantur, ne posterioribus suis sese mutuo impediant, adeoque quatuor anguli nimis indecore fulcro destituantur, & quasi pendere videantur. Cœterum quid in formis, a Celeb. Reyhero & Mel excogitatis, amplius desiderem, non admodum invenio. Anglica vero illa ideo minus omnibus, fateor, mihi arridet, ac nescio quid monstri habet. Quæso autem, si ita se revera habuisset Mare æneum, quare sacer Scriptor superioris orificii & marginis mensuras tam accurate enumerasset, ipsius vasis magnitudine, in qua plus momenti erat, silentio penitus prætermissa? Eupolemi certe sive falsi, sive corrupti, numeri tanti non sunt, ut in eorum gratiam malimus figuras, sapientia non dicam Dei, Sed Salomonis saltem, & elegantia ac majestate templi indignas, excogitare. Basin Maris tantum eam ob causam elevavit, undique extremo margine saltem quasi dependente, ut salva capacitae diametrum Eupolemi 20. cubit. produceret, nam alias, sine ullo usu aut decore, inferior margo ultra basin descendit, imo ingens aliquod inconveniens inde sequitur, dum saltem margo ille scapulis boum incumbit, reliquum corpus universum ad caudam usque otiosum & pondere destitutum est. Quod si terni boves versus singulas plagas cardinales prospexisse dicendi sunt, inter se spatium altitudine majus nequaquam admittunt, tum vero inter trigas illas intervalla, plusquam novem cubitorum vacua, non sine gravi dedecore, relinquuntur, Totum vero Mare, una cum corona sua inferiori, sub hac forma, minimum in Atrio spatium circulare 30. cubitorum occupavisset, omniumque consensu sese justo latius extendisset: adde, quod modus dici nequeat, quo mare hujus magnitudinis per portas atriorum illatum fuerit, erant enim sedecem tantum cubitorum in altitudine.

VI.

Jam ingens illa difficultas circa colocyntharum & boum simulacra, cum mari coflata, ulterius enodanda venit, ubi non possum, quin illos ante omnia temeritatis & oscitantiæ reos peragam, qui e nuda vocum similitudine, eaque obiter saltem suspecta, nescio quam textus corruptionem ortam esse sentiunt. Hoc enim non est solvere nodos, sed Alexandrino gladio discindere. Vox *Pekaim* 1. Reg. VII. bis occurrit, *Bekarim* vero 2. Paral. IV. non solum bis, sed semel in plurali, deinde in singulari. Quænam ergo corruptionis suspicio hic jure oriri potest? Neque eorum sententiæ subscribi æquum est, qui vocem

cem boum, de duodecim mari subjectis integris taurorum simulacris intelligunt, quia non solum saltus hic a summis ad ima ferme intolerabilis, repetitio perquam fastidiosa, ratioque connectendi nimis inconsueta foret, verum etiam expressis verbis & eadem ratione 2. Paral. IV. duplicis boum seriei, uti 1. Reg VII. duplicis colocyntharum ordinis, mentio fit. Haud multo felicius sese expediunt, qui denarium numerum, qui hic in textu habetur, non ad colocynthas & capitula boum, sed ad repetitam quasi diametrum Maris referunt, numerum adeo & mensuram illorum cujusvis arbitrio permittentes. Hujusmodi enim repetiones otiosæ, inutiles, omnique emphasi destitutæ, textum a Deo inspiratum sine dubio dedecent, neque verba ipsa eam secum ferunt. Amabo enim, quo modo nisi obtorto collo, verba *decem cubitorum* ad eum sensum pertraheres, ut subintelligi posint verba: *in mari illo, cujus diameter erat*. Sane si hoc modo licet quidvis subintelligedum effingere, in quosvis sensus facile quælibet S. Scripturæ dicta detorquebo. Melius sese ab hac difficultate exsolvunt, qui conjiciunt, simulacris colocyntharum aut cucurbitarum sylvestrium capita boum eminuisse. Quæ conjectura haud contemnenda esset, nisi difficultatem augeret, quam numerus horum ornamentorum parit. Nam si ista simulacra ab invicem 10. cub. remota fuerunt, tantum tria in ambitu tam vasti vasis, & in utraque serie simul sumta, sex fuissent quem numerum vereor plerisque justo minorem visum iri. Si qua vero per singulos cubitos malis quina collocare, ceu plerorumque Interpretum opinio secum fert, singula simulacra latitudine vix 5. pollices occupavissent, unde capitula boum, respectu molis tam vastæ & excelsæ, nimium exigua prodiissent. Quam vile autem, fastidiumque cuivis emunctæ naris homini pariturum, ornamentum fuisset ejusmodi series, aut quasi catena capitulorum bovinorum, ii judicent, qui e sculptoria arte didicerunt, quantopere varietati figurarum studendum sit, ut grata fiant sculptilia. Ne dicam quantopere fusoriæ arti adversum sit, in vasto aliquo opere, tam exiles & prominentes imagunculas una eademque fusione producere. Colocynthas autem illas, ac boum imagines, cum ipso mari conflatas esse, sacer textus expresse monet. Imo ipsa phrasis hebraica hanc explicationem respuit. Primum enim dicuntur non quinque, sed decem in cubito fuisse, antequam duplicis seriei mentio fieret. Decem vero in spatio unius cubiti effingere velle, esse plusquam crepundia formare. Deinde in sacra Scriptura nusquam formula hebraica *in cubito* sic verbotenus accipitur, alias dicendum esset, calamum mensuræ, qualem Angelus apud Ezechielem XL. 5. in manu habuit, sexies *in uno cubito & palmo* comprehensum fuisse. Neque iis etiam ex voto cessit enodatio, qui sculptilia illa in inferiori parte Maris collocant, ubi in tam angustum spatium abierit, ut tota circumferentia decem cubitis absolveretur. Nam in tam angustum spatium coire non potuit, siquidem tum in tergis boum locum non invenisset. Ubi etiam quæstio foret, an Mari æneo saltem in imo hoc loco sculptilia ornamenta fuerint: Sin alibi etiam, cur ista tantum in imum quasi abjecta memoravit, reliquis silentii caligine suppressis? Omnium vero maxime abludunt a vero, qui immemores decoris, templo augustissimo debiti, tertiam saltem circumferentiæ partem ita ornatam fuisse nugantur. Sane si in angulo quodam abditum fuisset Mare æneum, ubi non nisi anterior pars contemplationi prætereuntium patuisset, & tum dimidia saltem exsculpta statueretur, non plane nihili foret illa conjectura, quamvis in eo casu etiam defectus ornamentorum parsimoniam in fundo arguisset, quam vel semel de operibus sapientissimi Regum cogitasse, iniquum, de rebus Templo Dei in Typicam & sacram significationem adstructis, fere impium esset. Quid, quod sacer textus diserte dicit, sculptilia illa Mare undique circumdedisse. Patet itaque hanc difficultatem non ita enodatam esse, ut dubiis ulterioribus locus præcluderetur.

VII.

Usus Maris ænei multa insuper confert, ut forma genuina paulo specialius eliciatur. Verum id nunquam patiar mihi persuaderi, soli Sacerdotum lotioni destinatum fuisse. Multo certe majorem aquæ copiam victimarum & Templi purificatio sibi vindicabat, quam illa. Sed alius aquæ in Templo Salomonis nulla mentio fit, Mare autem omnibus una functionibus sacris sufficiebat, si vel maxime singulis horis 500. Sacerdotes lavantes fingas, quod longissime tamen verum excedit. Verisimillimum est, Sacerdotes manus & pedes, aqua immediate a Mari affusa, abluisse,

ſe, ut eo verius dicerentur *lavaſſe in eo* vel *ex eo;* Ope decem vero labrorum vectilium aquam e cupa petitam, & quaquaverſum ad opera ſacra per templum diſtributam eſſe. Optimum tamen exiſtimo, ut liberum fuiſſe exiſtimemus, ſive haurire aquam ex cupa, ſive ab Epiſtomiis delabentem excipere, ne nodos in ſcirpo quæramus. Hinc vero patet, male a Villalpando unicum ſaltem, idque latitans quaſi epiſtomium conſtitui, quod tanta frequentia, lympham petentibus, neutiquam ſine mora ſuffundere potuiſſet, id quod Auctorem Anglum una ferit. Eorum vero ſententiam, qui Sacerdotes in ipſum Mare conſcendiſſe, eodemque merſos lotionem perfeciſſe opinantur, jam ſupra perſtrinxi. Melius rei conſulunt, qui capitula iſta boum, quorum duplici ſerie circumdatum & exornatum ænei vaſis ambitum volunt, hinc inde epiſtomiis inſtruxere, quibus aquam undiquaque reddunt. Inter illos Clar. Mel hoc inſuper addidit, ut imis quoque bobus integris ſua epiſtomia, eaque ampliora, aſſignaret. Sed ſuperiora capitula boum multo majora in figura depinxit, quam per ſuam hypotheſin poterat. Tria autem mihi obſtant, quo minus illis uſum maris ænei rite obtineri potuiſſe credam, primum, quod tam exigua capitula, non niſi anguſtiſſimos tubulos admittentia, nimis gracili rivo aquam depromſiſſent, quod non ſolum ingens receptaculum & Templi Majeſtatem parum decuiſſet, verum etiam impletionem vaſorum vectilium, quorum quodvis 40. batos continebat, nimis moratum eſſet. Alterum eſt, quod hiſce epiſtomiis mare exhauriri non potuiſſet, unde in fundo tandem non potuiſſet non ſentina variæ impuritatis, quam aqua ordinarie ſecum vehit, oriri. Sed Cl. Mel huic defectui tauris, mare portantibus & una aquam evomentibus, eleganter atque aptiſſime conſulit. Accedit tertio, quod aqua, per tam anguſtos tubulos ab incumbente vaſto ſui ipſius pondere expreſſa, neceſſario ultra quinque cubitos projecta fuiſſet, adeoque in cupam inferiorem viginti cubitorum non incidiſſet, majorem autem Atrii ſpatium non admittebat. Quoniam vero, in Cl. Mel hypotheſi, inferiores boves ſatis aquæ ſoli ſuffundunt, ſuperiora epiſtomia penitus omitti poſſunt. Circa Cl. Lundii ideam in ſpecie notandum reſtat, majora quidem illa & numero pauciora eſſe boum capitula, ita ut tubulos ſatis amplos capere poſſint. Videtur autem (utut aperte de eo non loquatur) decem cubitos etiam ad diametrum maris, aut inferioris quadratæ partis latus, non ad ipſorum ſculptilium menſuram retuliſſe, adeoque horum numerum quaſi liberum vel arbitrarium reliquiſſe. Sed ordine non parum inconcinno eadem diſtribuit, tum a regulis ſymmetriæ longiſſime recedit, tum quod, nonnulla aquam in ſuppoſitos boves ſine uſu, ſed notabili cum dedecore, eructantia admittens, in Eurythmiæ quoque præcepta impingit.

SECTIO IV.

Novam Maris ænei deſcriptionem Eclectice formans.

I.

Tametſi celeberrimi Viri, ceu ex antecedentibus patet, in Idea Maris ænei, quæ omnibus ac ſingulis phænomenis ſatisfaceret, hactenus fruſtra laborarunt, induſtria tamen & eruditione ſua, non ſolum propius, ſucceſſu temporis, propiuſque ad veritatem acceſſerunt, verum etiam non contemnendas difficultates e medio ſuſtulerunt. Nemo itaque temeritatis vitio mihi vertet, aut antiquum illud, *ne ſutor ultra crepidam*, occinet, ſi fretus, cum iſtis doctorum lucubrationibus, tum eclectica & conciliatoria methodo, quæ veritatis cognitionem mirifice promovere ſolet, ad eam me quam proxime acceſſurum, eaque, quam de Mari æneo mihi concinnavi, Idea, ſingulis phænomenis aliquatenus, ſi non plenarie ſatisfacturum ſpero. Quod ut tanto facilius expendi, & æqua judicii lance ponderari queat, ipſum ſupra allegatorum phænomenorum ordinem ſequar. Quod ſi quibuſdam qualiacunque cogitata mea minus ad palatum ſunt, idem iis in me juris eſſe volo, quod mihi in alios ſumſi, modo eadem humanitate etiam & modeſtia mecum agant.

II.

Si quando vas æneum conflare juberer, quod Salomonæum illud quam proxime referret, cum 16. unciis cupri 12. ſtanni 4. argenti liquatione in unam maſſam redigerem, additiſque Arſenici cryſtallini uncia una, Antimonii-argenti & tartari calcinati pariter uncia dimidia, maſſam æqualiter mixtam, intenſiſſimos furni æſtus, conficerem. Hanc enim materiem politiorem, quam ullum hodie ſpeculum, limpidiſſimam ad-

admissuram esse, nemo artis speculariæ peritus inficias ibit. Magnitudinem veteris illius molis quam proxime consequerer, si 10. pedd. Rhenol. 1. poll. 736. in quinque partes æquales divisis, unam pro cubito Hebræorum veteri & sacro assumerem.

III.

Antequam vero ad dimetiendas Maris ænei partes me accingam, locus ejus determinandus est, ex quo porro una alteraque magnitudo, in textu sacro prætermissa, per se fluet. Demonstravi cum in *Sciagraphia Templi Hierosolymitani*, (quam admodum juvenis scripsi, nunc vero aliquanto ornatiori habitu indutam velim, licet rerum ibi tractatarum, & opinionum mearum, quas ibi exposui, nondum me pœniteat) tum in Institutione Architectonica, secundum Goldmanni principia, Atrium interius sive sacerdotum, coram Templo stricte dicto positum, longum fuisse ab Oriente in occidentem 150. latum a meridie in septentriones 100. cubitos, duas tertias orientaliores, quadratum 100. undique cubitorum constituentes, mansisse liberas, ut populus sacra faciens ibi consisteret, occidentaliorem tertiam, (1. 2. 3. 4. Tab. V.) peribolo (1. 2.) separatam, vasis & operationibus sacris cessisse. Eorum vero sequens diathesis fuit.

A. Pars Atrii occidentalior
B. Vestibulum Templi stricte dicti,
C. Vestigium columnæ æneæ *Jachin*
D. Vestigium columnæ *Boas*.
E. Pars alarum Templi
F. Pars ædium circa Atria
G. Vestigium Altaris ænei
H. Vestigium Maris ænei.
i. i. i. &c. Fulcra & labra ænea.

Egregiam hinc apparatus sacri dispositionem & symmetriam obtineo. Altare æneum, basi & fossa sua quadratum, 20. cub. a sinistris occupat. Mare æneum perapposite cupam inferiorem quadratam 20. cubitorum itidem vindicat. Relinquitur inter utrumque via, pariter 20. cubitos lata, simulque recta objecto vestibulo Templi latitudine æqualis, per quam populus, in anteriori parte Atrii congregatus, prospectu in sanctum templi, facibus collustratum variaque pompa splendidissimum, fruebatur. Altare æneum 10. cubit. altitudinem obtinuit, 2. Paral. IV. 1. Convenientiorem Mari etiam, una sumtis bobus & basi nec non peribolo cupæ inferioris, haud possemus tribuere. Ex illo perpetuo surgebat fumus, ex hoc jugis aquæ columna elevabatur. Nec obstat, Altare supra quatuor cornubus quadratum duodecim cubitorum occupavisse, cum Mare saltem 10. cubit. diametro gauderet. In medio enim ipsi corpori Altaris haud amplius quam 10. cub. diameter competebat. Illud insuper Veteris, hoc Novi fœderis typum exhibebat, quemadmodum illi opposita columna Boas Legem', huic vero respondens columna Jachin Evangelium significabat. Quæ omnia partim infra breviter, partim alio tempore amplissime demonstrabo. Atque ita secundum 1. Reg. VII. 39. *fulcimenta quinque* (i. i. &c.) *super humerum Domus a dextra, & quinque super humerum domus a sinistra, & mare ab humero domus dextro ad orientem e regione meridiei* constituuntur.

IV.

His positis, mensuras Maris ænei sequentes, ad ductum & mentem sacrarum literarum, definio, quæ præeuntibus literis alphabeti, figuræ cuivis adscriptis, e Tabb. VI. VII. & VIII. distincte colligi & intelligi possunt. In illis Mare secundum regulas geometrico-architectonicas *sciagraphice*, sive secundum intersectionem per medium, *ichnographice*, sive secundum aspectum oculi, supra medium elevatissimi, & *orthographice*, sive secundum aspectum oculi in eodem horizonte distantissimi depingitur. Adjectæ sunt scalæ geometricæ, in singulos cubitos divisæ. Itaque diametrum f. e. a labio ad labium feci 10. cub. 20. ped. 3. poll. $4\frac{8}{25}$ Scr. Rhenol., altitudinem a. b. 5. cub. sive 10. ped. 1. pll. $7\frac{9}{25}$ Scr. a folio autem labii prominentis f. ad folium m. vel F. ad M. itidem 5. cubit. adeoque per totum ambitum 30. cubit. Porro diametros gg. hh. & ii. kk. facio $9\frac{6}{11}$ cubit. ut capitula boum n. ad p. o. ad q. &c. cubit. ad invicem distent, & corollæ colocyntharum n p. o q. eandem longitudinem consequantur. Altitudinem basis 3. 2. $1\frac{1}{3}$ cub. periboli cupæ inferioris 1. 3. $\frac{2}{3}$ cub. boum vero $3\frac{2}{3}$ cub. statuo, unde tota machinæ altitudo ad 10. cub. assurgit.

V.

Batum inter supra memoratos fere maximum elegi, secundum Celeb. Bernardi sententiam 2210. pollicibus cubicis supputatum, quia notum est, uno sæpe die, aliquot victimarum millia, in Templo Hierosolymitano cecidisse, qui-

quibus abluendis ſi 2000. Bati ſufficere debuerunt, ſane non minimos fuiſſe oportet. Maris autem formam & capacitatem his poſitis facile elicui. Nimirum 2000. per 2210. poll. cubic. multiplicatis, habetur tota maris capicitas in poll. cubic., quam inſtar Cylindri interim concipiemus, qui ex motu parallelogrammi a. b. s. t. circa axin a. b. oriretur. Detracta vero fundi u. t. craſſitie 3. poll. e tota altitudine, habetur profunditas b. c. 122 poll. qua numerum capacitatis dividendo, elicimus baſin cylindri circularem 36229. poll. quadr. neglecta nempe fractione. Quo facto, ſecundum Archimedis regulam, colligimus: Circulus 77. partium dat quadratum circumſcribens 98. part, quid circulus 36229. E quadrata 46109. extrcta redix dat 214. poll. diam. cylindri noſtri, adeoque 107. pro ſemid. bs. Delineato igitur parallelogrammo r. s. t. u., figura maris ænei pro lubitu ſuper eo delineatur, ceu patet e Tab. VI. modo (1.) labium e. ad 5. cubitos uſque excurrat (2.) curvitas ita ducatur, ut quicquid infra s. & ſupra t. a parallelogrammo contractione reſcinditur, medio excurſu ita compenſetur, ut mathematico judicio animadvertas, ſi fingatur parallelogrammum una cum illa curva circa axin a. b. circumrotari, annulum, ab exceſſu medio formatum, circiter æqualem fore duobus annulis, ab utroque defectu formatis. Ubi ſtatim cuivis obvium eſt, partes, a parallelogrammo reſciſſas, debere exuberantia media majores eſſe, quia minorem circulum percurrendo, alias minores annulos gignerent, qunm exuberantia, majorem circulum vertigine ſua abſolvens. Placuit, ob rationes mox adducendas, ſimulacra XII. Boum, mare portantium, intus cava & aquæ capacia conſtruere, ita quidem, ut omnes ſimul ſumti 1000. Batos caperent. Eorum magnitudinem hac methodo præterpropter inveni. Totam capacitatem cenſui æqualem clyndro, cujus per diametrum baſeos ſecti eſſet parallelgrammum v x y z Tab. VI., longitudine latitudinem ter & dimidia parte comprehendente. Itaque diviſis 1000. Batis, ſive 2210000. poll. cubic., per 12. ut haberetur unius cylindri capedo 184166. ubi tuto fractiones iterum negligo, quia cylindri computus ordinarie paulo plus juſto producens, abjecta quamproxime reſtituit, in hoc vero negotio acribiam geometricam requirere injuſtum foret, imo abſurdum. Porro numero illo per 7. diviſo, duplus quotus exhibet cylindrum, altitudine diametro baſeos æqualem, adeoque cubo inſcriptibilem $52618\frac{6}{7}$. Deinde ſecundum Archimedeam rationem Cubi ad Cylindrum 42. ad 33. invento cubo, indeque extracta radice, habetur latitudo z y. 40. atque ita longitudo x y. 140. poll. Delineato igitur his menſuris parallelogrammo v x y z. facile ex eadem lege, ſeu ſupra cum mari æneo fecimus, corpus bovis æque capax circumſcribere. Interim negari nequit, hac ratione cum Conchæ, tum Boum capacitatem ſaltem *παρατατικῶς* inveniri, Salomonem autem, juſſu Dei, in rebus hiſce ſacris, minutias conſectatum eſſe, nullus dubito. Verum facile etiam in opere ipſo minutias illas conſequi poſſumus. Formis enim cum Conchæ tum Boum etiam, neceſſario primum e gypſo parandis, epiſtomia cum Embolis applicari poſſunt, ut poſtquam pinguedine prius oblitæ ſunt, ne aquam imbibant, impleantur: aqua vero per epiſtomia in menſuram aliquam, Bato æqualem, ſucceſſive iterum effundatur. Cum enim magnitudo, ſuperiori modo inventa, haud valde a vero aberrare poſſit, unius alteriuſve aut plurium quoque Batorum exceſſui ſive defectui, vel abradendo a forma, vel aliquid allinendo, facillime conſuleretur.

VI.

Naſcitur hinc duplex modus, difficultatem circa Batorum numerum perqum concinne ſolvendi. Dicemus enim Conoham ſolam intelligi 1. Reg. VII. quæ 2000. Batos continuerit, cum vero Boves, eam portantes, arctiſſime cum ea connectantur, & breviſſimis ſaltem tubulis mediantibus aquam ex eadem recipiant, in utroquc vero loco S. Scripturæ deſcribantur, antequam capedinis mentio fiat, recte etiam de Mari æneo ita deſcripto 2. Paral. IV. dicitur: *comprehendens*, *Batos ter mille capiebat*, ut ita vocula comprehenſionis, non otioſe vel ſuperflue, ſed cum inſigni emphaſi repetatur. Quod ſi quis malit, boves cavos quidem fuiſſe, quoniam per artem fuſoriam aliter non poterant, non tamen ita, ut tota cavirate aquam recipetent, ſed ſaltem tubis viam concederent, quorum alii aquam in mare attulerint, alii eandem per ora boum in cupam inferiorem effuderint, ante omnia quidem opus eſſet, ut ſententiæ ſuæ rationes adduceret, quod tamen, vereor, ut cum aliqua veri ſimilitudine unquam per vitam ſuam fa-

faciat. Eo tamen ne credat, mihi conciliandi viam amputatum iri. Fas enim erit, ut ponam tubos ea ratione constructos esse, ut per ora boum duplum ejus aquæ emitteretur, quæ per reliquos tubos, eodem temporis intervallo, conchæ restitueretur. His ita constitutis claudantur Boum epistomia, donec per aquæductus tota concha repleta sit. Claudantur hinc aquæ ductus, & vice versa boum epistomia aperiantur, ut aqua in decem labra ænea defluat, quæ singula, iuxta 1. Reg. VII. 38. 40. Batos capiunt. Quinquies repetita aquatione, sentient aquatores Mare penitus exhaustum esse, adeoque 2000. Batos continuisse. At si aquæductus aperti mansissent, speties repetenda fuisset aqua, ut mare penitus exhauriretur. Quamobrem 3000. *Batos* continuit. Atque hæc explicatio vim vocis מחזיק, *comprehendere faciens*, iterum perquam nervose exprimit, ut verti possit: *& effundens* sive *fortificare faciens batos, ter mille comprehendebat*. Patitur hic modus etiam Cl. Mel hypothesi sese applicari, modo superiora epistomia capitulorum penitus obturentur. Nemo enim eo commode pertingere potuisset, ut modo clauderentur, modo recluderentur. Neutiquam vero credibile est, aquam Maris ænei jugiter fluxisse. Quare enim absque omni usu tantum transiisset, cum sine dubio alii usus in vicinia Templi non defuerint, ad quos eo tempore aqua derivari poterat, silentibus in Templo sacris. Indignum adeo Templo Dei est, quicquam ibi sine utilitate perpetratum esse. Neque e re aquæductuum & tuborum erat perpetuus defluxus. Potius æquum est, ut sentiamus, extra tempus victimarum mactandarum, aut suffitus aquam non manasse, id, quod applicatio mystica infra pulchre confirmabit.

VII.

Pondus Maris ænei rite erui non posse, tametsi ipsum coram esset, jam supra monuimus. Juvabit tamen pondus ita investigare, ut a vero non nimis discedat, majus tamen justo potius quam minus sit, ut problema Cl. Mel jam supra citatum, aliquo modo solvamus: *quomodo tam vastum mare ex laboratorio suo ad montem Domus, per tot viarum anfractus, & per angustas Templi portas, ad locum suum transportari potuerit?* Densitatem conchæ undiquaque 2. pollicum, boum vero $1\frac{1}{2}$ pollicum fuisse fingam. Etiamsi tanta crassitie ubique non opus fuerit, aliis tamen in locis, ubi sculpturæ prominebant, ad 3. pollices, teste sacro Codice, excrevit: Licet vero Boves videantur majori densitate quam Mare ipsum opus habuisse, quia illud portabant, tamen si angustum spatium attendamus, quod in ventre Boum excavatum erat, rotunditate corporis sui tam firmi erant, ut si unius salrem pollicis densitatem supposuissemus, nullus rupturæ vel complicationis metus restitisset. Magna ponderis pars mediæ columnæ incumbebat, per quam aqua in Mare ascendebat, aquamque Eupolemus, Josephus & Rabini communiter adfuisse testantur. Reliquum pondus duodecim boves inter se quasi dividebant. Manifestum igitur est, Boves non admodum robusto metallo opus habuisse. Pedes boum instar parallelepipedorum solidorum 4. poll. crass. 42. altorum, caudas instar parallelep. 2. poll. crassorum, logorum 42. assumentes, conficiemus illis 32256. his 2016. poll. cubicos. Corpora concipiam instar parallelepipedorum cavorum 143. poll. altor. 43. latorum undique, & $1\frac{1}{2}$. poll. spissorum unde duodecim corporum soliditas 448488. poll cubicos sibi vindicaret, atque adeo tota massa 482760. complecteretur, hoc est, juxta phænomena ponderis supra recensita, talenta 3712. quæ singula 110. libras penderent, & insuper libras 108. Porro fundum vasis circularem 216. poll. diametro, & crassitie 2. poll. definiam, eritque soliditas 73316. poll. cubic. Ambitum vasis medium 29. cubitis circumscribendo, incurvam vero altitudinem $6\frac{1}{2}$ cub. sive 175. poll. æstimando, instar parallelepipedi sic faris ad certam mensuram 274040. poll. cubic. redigemus, qui 2664. talenta 41. libras 20. uncias conficiunt. Jam de comoda subvectione videndum erit, quam paucis expediam. Jordanum hodie, regione illa admodum inculta jacente, tamen aquis profundis velociter delabi, præsertim ineunte æstate, ex relatione testium, omni contradictione majorum, jamdiu constat. Latitudo inde *a Suchoth* ubi Mare æneum natales suos sortitum est, ad Mare mortuum usque, sive Lacum Asphaltitem, per viginti circiter miliaria germanica, non contemnenda est, 40. cubitos sacros, ubi minima est, superans. Satis igitur opportune ad quartam usque Leucam ab Hierosolyma apparatum nostrum æneum deportabimus. Binos enim Boves singulæ cymbæ devehent. Concham ligneo cylindro, cratitio opere constructo, ac diametro 12. Cubitos æquante, circumdarem (cu-

jus ampliorem descriptionem vide, si lubet, in machina Paconii apud Vitruvium Lib. X. cap. 6. edit. Perrault. gallicæ p. m. 282.) & pontoni super duobus Lembis egregie latis, & carina plana instructis, firmato imponerem. Verba Vitruvii de machina illa sic sonant: *nostra vero memoria, cum colossici Apollinis in fano basis esset a vetustate diffracta, & metuentes, ne caderet ea statua & frangeretur, locaverunt ex iisdem lapicidinis basim excidendam. Conduxit quidem Paconius. Hæc autem basis erat longa pedes duodecim, lata pedes octo, alta pedes sex. Quam Paconius, gloria fretus, -- rotas circiter quindecim pedum fecit, & his rotis capita lapidum inclusit: deinde circa lapidem fusos sextantales* (id est, sextantis crassitudine, quæ est duorum pollicum) *ab rota ad rotam ad circinum compegit, ita ut fusus a fuso non distaret pedem unum. Deinde circa fusos funem involvit, & bubus junctis funem ducebat, ita cum explicaretur, volvebat rotas; sed non poterat ad lineam via recta ducere, sed exibat in unam vel in alteram partem, ita necesse erat rursus retroducere: sic Paconius ducendo & reducendo pecuniam contrivit, ut ad solvendum non esset.* Neutiquam vero obstat, quod Vitruvius de infelici machinæ istius successu, forsan aliorum sinistra relatione seductus, narrat, plurimi vero interpretes, cœco impetu præceptorem secuti, adeo pro vero habent narrationem, ut Paconium Architectorum imprudentum & temerariorum quasi prototypum faciant, quos inter Dan. Barbaro suspirat: *utinam multos Paconios nostris temporibus non haberemus*, & Gualth. Rivius noster, (apud quem icon machinæ etiam videri potest, non tam apte tamen, ut Perraultianus ille, elaboratus,) darum warnet Vitruvius den Architectum in solcher Red heimlich, dass er sich nicht zu bald bloss gebe &c. h. e. *ideo Vitruvius aurem Architectis vellit, ne cogitata sua ante maturitatem prodant &c.* Ego enim persuadere mihi nequeo. Paconium istum tam sui dissimilem fuisse, ut cum Machinam satis ingeniosam excogitare, aut certe, ab alio excogitatam, multis modis corrigere melioremque reddere nosset, in illo impedimento hæsitasset, cui nullo fere negotio & ingenio mederi poterat. Sive enim unico fune uti voluit, quem facile eum intra strigam vel alveum, circa medium factum, tam arcte continere potuit, ut ejus recessio a medio inter explicandum, pro negotii hujus ratione, fere insensibilis esset. Imo adhuc magis obvium erat, Paconium vero latere non poterat, siquidem, juxta Vitruvii testimonium, Metagenis Machinam similem ante vidit, gemino fune utendum esse, Metagenes enim gemino quoque temone usus erat. Consentit hac in re mecum celeb. Peraultius, Vir, cui parem in Architectura civili nondum inveni, qui loco citato dicit: *Il est bien difficile de comprendre, que Paconius eust eu assez d'Esprit, pour inventer sa Machine, & qu'il ne pust trouver d'expedient, pour empescher, qu'elle ne tournast & retournast, ainsi que Vitruve dit, qu'elle faisoit. S'il eut mis deux cables au lieu d'un, sa machine auroit reussi, comme celle de Metagenes.* Id est: *Difficile intellectu est, quomodo Paconio satis ingenii fuerit, ad inveniendam machinam suam, non vero inveniendo remedio, ad impediendum, ne hinc inde verteretur, ceu Vitruvius eam fecisse dicit. Si duos funes applicuisset loco unius, machina sua tantundem effecisset ac Metagenis.* Itaque post absolutum iter fluviaticum, cylindrum meum, non e duobus sed sex rotis compaginatum, interque eas fusis non sextantalibus, sed semipedalibus, per æqualia dimidii pedis intervalla firmatum, in terram absque omni jam metu extraho, & utrinque inter duas rotas extremas, itemque circa medium alveum, 5. pollices tantum latum, circumdatis rudentibus, subjunctisque 200. sive bubus sive equis, per reliqua milliaria quatuor, trium dierum spatio, Hierosolymam transfero. Funes 380. cubitorum adhibeo, ut decies ambiant cylindrum, & toties circiter, quoties jumenta 1000. passus suos confecerunt, iterum paulisper quiescant, donec funes iterum involvantur. Salebræ in viis regiis, præsertim montosis, parum aut nihil impedimenti itineri nostro afferre possunt, quia ad ingentem Cylindri diametrum vix æstimandæ sunt. Fauces angustiores magis nobis obsunt. Sed per brevia intervalla, quæ occupare solent, facile nova via collateralis parari potest, etiamsi arbores obviæ cedendæ essent. Per montium declivia sparsim palos robustos infigi curo, ut circumductis funibus machina retineri possit, ne subito ruat, quibus truncos cylindro subjiciendos, aliave sufflaminum genera addo. Sed minimum 300. virorum validorum comitatu in hoc negotio opus habeo. Totum vero iter, a laboratorio ad templum usque, 1200. Joachimicorum sumtu æstimo. Per portas templi 16. cubit. altas, 8. cub. latas, cylindro no-

nostro, quinque saltem cub. latitudine 12. altitudine occupanti, nullatenus impeditus erit ingressus. Reliquum saltem est, ut erectis bovibus concham apte imponamus, de quo infra. Sed boves ipsi, a flumine ad urbem transvehendi, singulis vehiculis, iisque solidissimis & axibus ferreis instructis, una cum tricenis jugis opus habent.

VII.

Jam porro operam dabimus, ut ingenti receptaculo parem aquæ copiam, absque civium Hierosolymitanorum incommodo, comparemus, qua in re quidem non minus felicem mihi successum polliceor. Tametsi enim Hierosolymitana urbs in tali loco sita est, qui, utpote ne modico quidem fluvio irrigatus, & montibus undique consitus, ingenti civitati alendæ ineptus videtur, tamen ea tam opulenta fuit, tam hominibus conferta, tam omnis generis deliciis ac voluptatibus affluens, ut dubitare non liceat, aquarum facultatem tantæ felicitati parem adfuisse. Quemadmodum vero ab hodierna agri circumjacenris sterilitate falso colligeretur, tempore Regum Israelis similiter cum eo comparatum fuisse; ita non sequitur, quia hodie paucissimis, iisque valde modicis, fontibus gaudet, & plerumque in aqua pluviali, cisternis excipienda, præsidium quærit, unde gravissima sæpe incommoda patitnr, ita ut opulentiores magnis sumtibus; egeni improbo labore aquam comparare cogantur, eadem ratione veteres incolas etiam penuriam lymphæ passos esse. Dubium enim vix est, si sumtus puteis, e rupibus, in quibus urbs condita erat, excidendis impenderentur, hodienum ingentem laticum numerum inventum iri, nisi forte ira divina, quæ olim hæc loca, in exemplum omnibus impiis, & Christum propter crucem contemnentibus, gravissime devastavit, in ipsa viscera terræ descendit, atque thesauros aquarum ibi consumsit, vel alio divertit. Quod si tamen ejusmodi puteos pertinax aliquis veteri Hierosolymæ denegare ausit, quos tamen ex Auctore, fide dignissimo, statim confirmabo, cogitabit tamen sapientiam Salomonis & magnificentiam, quæ tam stupendis ædificiis & mundi miraculis erigendis non succubuit, sine dubio in torrente Kidron, usibus civitatis cum publicis tum privatis adhibendo, non defecisse. Etsi enim hodie torrens ille admodum exiguus est, & plerumque tempore æstivo exsiccatur, ante tamen devastationes urbis multo majorem fuisse, nemo dubitabit, potius mirabitur, inter gravissimas ædium circumjacentium & monumentorum, ibi extructorum, ruinas non penitus sepultum esse. Certe Judæos, cum adhuc florente religione & republica fuerentur, & eo usque imprimis, quo ignis sacer & victimarum combustio duravit, tantum unico fonte vivo, & collecta in cisternis pluviali aqua, usos fuisse, nemo unquam mihi, imo ne sibi ipsi paulo attentiori, persuadebit. Fieri enim haud potuisset, præsertim in regione, æstui adeo exposita, quin sæpissime diebus festis, quibus innumeri homines ex omni Palestina eo confluxerunt, ob aquæ defectum summa miseria ingruisset, ac festorum dissolutio facta esset. Quid multis? Hierosolyma eo tempore, quo post tot hostiles invasiones, & imprimis excidium Babylonicum, immane quantum a gloria sua & felicitate defecerat, durante sub Tito per semestre fere spatium obsidione, aliquot centena hominum millia aut ut de siti nullam querelam inveniamus, modo fame non periissent. Quis igitur tam impudens erit, ut neget civitati quam plurimos puteos & thesauros perennis aquæ fuisse? Aut unde demum in æstate, in regione tam calida, imbres tot hominibus potu reficiendis? ut cibi præparationem, lotionem apud Judæos frequentissimam, & per leges inevitabilem, ut denique purificationem agnorum paschalium, in ea obsidione mactatorum, silentio prætercam. Tacitus, in hac re fide dignissimus, Hist. Lib. V. cap. XII. non solum *fontis perennis aquæ, & cisternarum servandis imbribus* meminit, sed *cavatorum etiam sub terra montium & piscinarum*, intra urbem Hierosolymam sitarum. Quid vero montes illi excavati, nisi putei sunt, quales supra descripsi, iique procul dubio & magnitudine & numero plane insignes, ut nomen tam splendidum mereantur? Si itaque Taciti tempore cum Hierosolyma ita comparatum fuit, qualem ejus faciem hac etiam in re fuisse existimemus, cum juxta Psalm. XLVI. 5. *fluvius* adhuc *& rivi civitatem lætificantes* extarent. Patet igitur, licet omnes fontes extra civitatem sitos, quos supra inter phænomena enarravimus, solis Templi usibus vindicaremus, civium tamen commoditati nihil quicquam detractum iri.

IX.

Igitur e fontium supra memoratorum & extra urbem reperiundorum numero, tres negotio nostro maxime idoneos seligemus. Nimirum aqua e fonte Gihon (a fig. 11. Tab. VII.) in lacum superiorem collecta, inde per tubos in vallem Gihon delapsa, indeque iterum, ceu natura aquæ secum fert, in Regiam Davidis (b.) elata est. Videtur autem aquæductus ille negligentia posterorum Salomonis, sicut alia, obsolevisse, donec eum Hiskias restauravit. Ex monte Sion (c.) iterum delabi, per Civitatem David deduci, porro beneficio pontis sive lapidei aquæductus trans vallum angustum, montem Templi cingens (d.) ad Mare æneum non modo derivari, verum etiam ob lapsum insignem, per tubum ejus medium altissime in aerem elevari potuit. E fonte Siloah, (e.) quem male cum fonte Gihon confundunt, licet sine dubio in vicinia ejus scatuit, aquam in templum derivatam esse non dubito, quia præ cæteris aquis aliquid sancti habuit, unde nomen *Missi* sive *Legati*, quasi a Deo singulari gratia exhibiti, nomen obtinuit. A Christo singulari miraculo sanctificatus est, cum oculos cœci, in eo lavantis, aperiret, & constat, omni tempore id moris fuisse Judæis, ut in festo scenopegiorum, aquam e fonte illo accersitam, coram Domino in Templo effunderent. Sed frustra inde quis colligeret, tanto minus probabile esse, quod aqua e fonte illo in Templum derivata sit, cur enim Judæi eam procul accerserent, quam in Templo ad manus habebant? plane enim alia ratio erat, cur aqua illa in Mari æneo cum duobus reliquis fontibus confunderetur, alia, cur sola Deo effunderetur, ceu numero penultimo pluribus indicabo. Fons Draconis fonte Siloah, ceu multæ circumstantiæ suadent, australior & humilior, inferioris Civitatis indigentiæ suppetias tulisse videtur. An Templum etiam suæ lymphæ particeps fecerit, non ausim affirmare, potuit tamen ratione situs. Fontem Rogel fullonibus inserviisse, quidam ex ipso nomine colligunt: quod si ita se haberet, in templum, tanquam impurus, admitti non posset. Sed versus eandem plagam prædium Salomonis Etham vel Ethan extitisse, eundemque locum fuisse cum castello Etham, quod cum aliis locis, Hierosolymas proxime stipantibus, quasi propugnaculum muniit Rehabeam, nemo facile negabit, locum autem Hierosolymis non parum excelsiorem fuisse, regionis situs suadet. Divitem fluentorum fuisse, testis est Josephus, nemine contradicente, quamvis, corruptione temporum, loco nominis Etham, Ethan irrepsisse, verosimillimum est. E fonte Etham aquam in Templum derivatam esse, testantur antiquissimi Hebræorum. Aquam tubis subterraneis non solum per duas leucas, quæ juxta Josephum distantia Etham ab urbe fuit, sed plures etiam, non solum per lenes & æquales declivitates, sed montium etiam anfractus deduci, nihil novi & apud nos est. Ex omnibus his, in unum fasciculum quasi congregatis, rationibus optimo jure colligo, aquam Templi ex hoc etiam loco petitam esse, eumque inter alia ob hanc causam munitum esse a Rehabeamo, ut ab hostium devastatione tanto tutior esset aquæductus. (f.) Ita vero fingere licebit, animi certe gratia, non tamen sine insigni Maris decore, & mystici sensus pace, medium tubum (Tab. VI. A B.) fuisse triplicem, & uno ramo per 1. 2. aquas fontis Etham, altero per 3. 4. aquam fontis Siloah reddidisse, per tertium vero B. aquam fontis Gihon ejaculatam esse. Infimum articulum velim valde tenui sed late extensa unda, medium angustiori sed densiori defluere, supremum cum sonitu rapidissime in altum ascendere, hæc enim omnia non solum decoris Architectonici regulis aptissime conveniunt, sed sacræ etiam applicationi non spernendam materiam præbent.

X.

Reliqua constructio ita se habet. Infra labium, itemque infra prominentem ventrem, ubi diameter ad $9\frac{6}{11}$ cub. excurrit, per æqualia spatia denorum cubitorum (v. gr. ab n. in p. o. in q. Tab. VIII.) corollas sive Encarpos pomis vel cucurbitis sylvestribus refertos, Villalpandum quodammodo imitatus, constituo, quibus colocynthæ, quarum 1. Reg. VII. mentio fit, aptissime repræsentantur. Encarpi illi (architectis germ. Fruchtschur, gall. Feston vocari soliti) suspensi sunt utrinque e strumis aut tuberibus leniter rotundis, forte & striatis, ac itidem cucurbitis similibus, e quibus capitula boum prominent, eum in finem facta, ut rudentes injici possent, quoties stupenda moles illa movenda erat. Atque

que hæc sunt illa boum simulacra, quæ 2. Paral. IV. recenset. Duplicem horum sculptilium seriem confeci, quamvis quælibet per encarpos, sibi mntuo intextos, gaminum quasi ordinem formet, ut adeo omnes melioris notæ conciliationes in hanc unam confluant, & amice conspirent. Pleuumque autem in iis scripturæ dictis, quæ ἐναντιοφανία quadam sciolis & infidelibus dubia nectendi occasionem præbent, observabimus alterum textum ab altero suopleri, ac si scriptores ex composito inter se egissent, cum tamen dubium non sit, eos ab invicem loco & tempore diveryssimos fuisse. Pro certo autem habeo, quemcunque, si modo ulla eum divini verbi reverentia tangit, ex illo singularem Spiritus S. instinctum collectueum esse. Annulos potius qnam epistomia ex illis boum capitibus suspendere malui. Illi enim perquam commodi videbantur, ut stupenda moles rudentibus eo commodius comprehendi & æqualiter undique moveri posset. Horum vero nullum ferme usum deprhendebam, quia ima duodecim boum epistomia, & sacerdotibus & victimis abluendis, sat aquæ affundebant, ut alia incommoda taceam, quæ jam superius ex parte attigi. Si cui tamen annuli illi non magis arrident, lubens dimittam, nudis enim capitulis, ceu supra monui, eundem scopum obtinebo. Modum erigendi Mare æneum, si rite ac pro dignitate exponere deberem, nou minus integro tractatu dignum existimo, quam Obelisci erectionem, Romæ in Vaticano, a Fontana Architecto perpetratam, aut artificium, quo supra laudatus Perraultius tympanum frontispicii in Palatio Luparæ Parisiorum duobus ingentis magnitudinis lapidibus contexit. Hic vero extremis saltem digitis hoc negotium attingere fas est. Aream, cui superincumbere debet moles, vel naturali fundamento e vivo lapide, aut jacto ad 24. dub. latitudinem & longitudinem, e durissimo lapide, debitamque profunditatem juxta soli naturam nacto, firmatam esse. Eo devoluta Moles machinis vertenda esset, ut basi sua duobus cylindris ligneis ferroque obductis, aut e ferro solido conflatis, eo in loco imponeretur, quem perpetuo occupatura esset. Cylindros ideo requiro, ut ope vectium rotati molem exactissime in locum suum promoveant. His factis ligneum pegma, cratitio opere, e robustis trabibus super ea construendum esset, ita ut sub se spatium Mari ad 10. usque cubitos elevando relinqueret. Trabes autem recta moli imminentes, lignis ac ferramentis, sese mutuo fulcientibus aut suspendentibus, firmandi essent, ne portandæ moli cederent. Jam rudentibus suo quoque annulo aut capitulo injectis, patet cuique 222. talenta fore sustentanda. Singulis autem applicato trispasto trochlearum, 37. talenta ratione proportionis, & insuper 5. ratione frictionis, tanquam æquipondium, aut potius vires humanas, tanto pondere æstimandas, hoc est, minimum tot viros robustos applicarem. Quoniam vero tot homines sibimet invicem non raro impedimento esse solenr, temporis vero ratio in hoc negotio adeo habenda non est, mallem singulis trispastis alios, per multiplicationis modum, adjungere, ut sexta saltem parte virium modo deductarum opus esset. Ita unius diei spatio, ope 84. virorum, molem 2264. talentorum ad altitudinem quinque cubitorum elevarem. Tum vero singuli boves ordine sub ea collocandi venirent, ita ut duodecim foramina, quibus conchæ basis patet, totidem tubis ex eorum dorso eminentibus ad perpendiculum imminerent, & placide demissa concha, eos sponte intra se reciperent, nisi mavis tubulos conchæ foramina boum dorsis aptari, ne aqua conchæ ullas rimas invenire queat. Cœterum non modo hos tubulos concham inter & terga boum, sed horum quoque epistomia, suis embolis instrui velim, ut, prout occasio ferret, claudi possent. Verum aquæductus etiam prope Mare æneum sub terra sibi embolos vindicant, quibus aquæ affluxus retineatur. Tandem inde a cupa inferiori, itemque a fossa Altaris ænei opus esset ambnlacro, minimum $1\frac{1}{2}$ cubit. lato, $2\frac{1}{2}$ alto & firmo fornice prope concamerato, perque viscera montis sensim declivi, usque ad basin montis, qua torrentem & orientem respicit, per quod sive canalibus, seu potius fistulis, e ferro conflatis, aqua cum ex cupa Maris, tum e dicta Altaris fossa delaberetur. Similibus meatibus subterraneis, e fontibus inde ad Mare usque, opus foret, ut si quid fistulæ detrimenti caperent, medela statim & commode adhiberi queat.

XI.

E quovis Cupæ inferioris latere medio declive pavimentum in ejus fun-

dum descendisse autumo (vid. Tab. VII. v. x. y. z.) ut labra ænea vectilia propius accedere, & aquam ex ore boum mediorum commode excipere possent. Profunditatem vero cupæ ejusdemque marginem ita sese habuisse, ut in hoc sacerdotes commode sedere, pedibus fundum contingere, & manibus etiam haud incommode aquam apprehendere possent. Ejus vero cupæ in sacro textu nullam mentionem injici credo, quia marmorea fuit, atque ita ad æneorum vasorum enarrationem non spectavit: quilibet vero, integro judicio præditus, non potest non agnoscere, aquam e Mari æneo non in pavimentum defluxisse, sed necessario receptaculum adfuisse, quo collectum usui servaretur, & quicquid ab eo reliquum maneret, absque Templi pollutione, dedecore, aut damno dimitteretur. Medios Tubos (A. B. Tab. VI.) per spatium, quod inter concham & stereobatam boum relinquitur (DC) intra columnam rutundam marmoream delituisse, probabilissimum est, ut adeo sua sponte & usu notabili conspicua nobis nascatur columna illa, quam cum Josepho, Eupolemus & Rabbin adfuisse testantur.

XII.

De fatis Mari ænei paucis hæc mihi mens est. Quemadmodum in Ecclesia Christiana hodienum fieri solet, ut quoties pars ejus aliqua, ab antiqua simplicitate & puritate desciscens, ad varios ritus, partim ratione, partim utilitate blandientes, dilabitur, ea nihil minus de se, quam veritatis amissionem suspicatur, potius eos, qui pio zelo excitati, defectus hos & corruptelas redarguere conantur, pro novaturientibus, fanaticis, schismaticis & sic porro habet gravissimeque persequitur. Ita mihi persuadere nequeo, Israelitas & Judæos agnovisse cultus sui conveni entiam cum Idelolatria gentilium, sed Clerum potius & Magnates sibi florentissimum Ecclesiæ statum imaginatos esse, atque ideo Prophetas paucos illos, ac sæpe e plebe vulgi surgentes, tanquam fanaticos, novatores, homines nauci, fastu spirituali inquinatos, & absque legitima vocatione semet in officia Cleri ingerentes, odio habuisse, & aqua atque igni interdixisse. Sic fieri potuit, ut Rex Ahas cultum, a DEO ipso per Salomonem institutum, & Mysteriis scatentem, secundum rationis ac voluntatis suæ arbitrium mutans, & coram DEO detestandus Idolorum cultor factus, sibi tamen visus sit rem perquam strenue agere, & boves una cum fulcimentis labrorum, in quibus variæ rerum creatarum imagines exsculptæ erant, crederet jure merito, tanquam legi Dei adversos, abrogari posse, imo debere, quicquid Jesaias ille oblatraverit. Hinc factum esse auguror, ut XII. boves amoveret quidem, non tamen auderet penitus destruere, aut in profanos usus convertere, sed aquæductus & fistulas basi lapidea, & ab omni sculptura imaginum immuni, circumdaret. Boves hinc forte in angulum quendam, aut conclave quoddam artificiorum, circa Atrium extructorum, superinjectis labrorum basibus, detrusit. Optime igitur Jerem. LII. 20. narratur, duodecim Boves sub Basibus inventos, itidem a Chaldæis confractos & abductos esse.

XIII.

Antequam colophonem huic tractationi imponam, licebit, cum pace benevoli Lectoris, brevissima allegoria Mare æneum, quale hic depinxi, cum Oeconomiæ Divinæ mysteriis conferre. Quemadmodum vero ignis legem penetrantem & consumentem, egregie refert, ita aqua Evangelii purificantis, refiicientis, & iram legis restinguentis quoddam symbolum exhibet: Debuit esse aqua fontis vivi & perpetuo scatentis; ab initio enim in humanum genus inundavit Evangelii gratia, idem reficiendo in secula seculorum. Ex alto delabi, & inde in altum rursus attolli debuit, quia Evangelium etiam e cœlo ad nos demissum, cœlestes nos facere debet. Tribus e fontibns, sed eodem loco, & verosimiliter ex eodem hydrophylacio subterraneo, scaturientibus propullulavit, ut nos SS. Trinitatis memores redderet; e cujus sinu Evangelium prodiit in universum mundum, quem significat Hierosolyma, maxime autem operatur in Ecclesia DEI, cujus effigies erat Templum. Ex fonte *Etham*, extra conspectum Hierololymorum sito, dimanavit, ut *Dei Patris*, quem conspici nefas est; ex fonte *Siloah*, voce missum vel legatum significante, ut *Filii Dei* a Patre *missi*; ex fonte *Gihon* denique, quæ vox *prodeuntem* no-

notat, pariter ac fons Siloah, in conspectu urbis posito, ut *Spiritus sanctus* a patre & filio *procedentis* ac visibiliter effusi symbolum esset. Etsi vero aqua fontis hujus sponte & jugiter in Templum dimanavit, tamen singulis annis ex ipso fonte petita Deoque delibata est, ut oblationem Christi præfiguraret, qua ipsum semet obtulit, & Deo in Templo mactari passus est, quæque ipsi extra commercium Sanctiss. Trinitatis quasi propria fuit. Æs Altaris holocaustorum pariter ac Maris, Fœdus ibi Veteris, hic Novi Testamenti firmitate, perpetuitate atque elegantia sua depingit. Atque illi quidem ob eandem rationem quadratæ figuræ & cornuum severitas, huic rotundæ figuræ & floris Lilii gratia perapposite congruit. Duodecim Boves aquam effundentes, ad duodecim Apostolos, Evangelium universo orbi annunciantes, referri debere, omnes, quos vidi, Interpretes jamdudum perpetuo consensu agnoverunt. Cucurbitas & capita boum, forsan annulis instruenda, fas erit scriptis novi testamenti, quibus fœdus gratiæ apprehendimus, conferre, quæ omnia Apostolicos viros pro Auctoribus agnoscunt, & frugiferorum præceptorum egregia multitudine & harmonia, quasi Encarpis, inter se connectuntur. Numerum etiam concinne in totidem diversi generis scriptis Novi Testamenti quærimus, atque ita 1. Matthæum, 2. Marcum, 3. Lucam, 4. Johannis Evangelium, 5. Apostolorum Acta, 6. Epistolas Paulinas. 7. D. Petri. 8. Johannis, 9. Auctoris ad Hebræos, 10. Jacobi, 11. Judæ ac denique, 12. Apocalypsin Johannis numeramus. Dum aqua modo hinc modo illinc effluxit, reliquis epistomiis clausis, præfiguravit, Evangelii prædicationem non perpetuam per singulas orbis regiones fore, sed mox hic, mox alibi, pertinacia & inobedientia hominum, impeditum iri. Quemadmodum vero aqua illa unice sacrificiis & purificationi alligata ac destinata fuit; ita Deus Evangelium sive gratiæ annunciationem iis tantum utilem & propriam esse voluit, qui seria pœnitentia sese lavant, & Deo in fide, obedientia & bonis operibus immolantur. Per tres articulos aquam salientem formavi, ut tres periodos Ecclesiæ Dei ab Adamo ad Abrahamum, ab hoc ad Christum, & a Salvatore nostro per hæc nostra tempora, quarum illa Dei Patris, sequens Christi, postrema Spiritus sancti vocari potest, in memoriam revocarem. Iis enim similiter prædicatio Evangelii successive sublimius sublimiusque emicuit. Eundem in finem articulos illos ea figura prædidi, ut imus notaret doctrinam Evangelii per omnes gentes a Patriarchis dispersam, quamvis tenuiter saltem: Secundus figura sua contracta, sed copiosam aquam ministrante, Evangelii propagationem arcte intra limites Judaicæ Ecclesiæ contentam: Tertius, quia Boves jam indicarant doctrinam Evangelii, per omnes mundi plagas manifestatissimam, insuper connotat vehementiam prædicationis cum sonitu erumpentis, cum priores periodi saltem leniter defluxerint, itemque sublimitatem & singularem penetrandi energiam.

XIV.

Atque ita, Bono cum Deo, Maris ænei structuram, usum, fata & significationem ea methodo ac ratione exposui, ut non vana spes sit, Textui sacro secundum omnes circumstantias, Antiquitati, quantum ejus probabile & fide dignum est, & Basto optime constituto satisfactum esse. Atheorum certe, vel mitiori nomine, quamvis non minus infelici, Naturalistarum & Sciolorum cavillis adeo hic obicem positum esse confido, ut sentiant se implicatos & in vesania sua deprehensos esse. Imo quotquot eorum has paginas legent, nisi pudor omnis apud eos sua signa reliquit, & indurata sunt eorum pectora, erubescent, quod ausi sint veritatem, quam satis exacte & attente sub examen vocare nec potuerunt nec voluerunt, in dubium vocare: quod facinus, si tantum in contemtissimi scriptoris librum perpetrassent, satis impium, impudens & injustum erat. O si vel unicam animam ex innumeris, quæ in Academiis, ne de Aula, Bello aliisque vitæ generibus dicam, lue illa infidelitats & Atheismi conspurcatæ sunt, mediante hac dissertatione e cœno illo extraherem, ut secum reputans, quam turpiter sese in hac re dubiis suis, ne cassa nuce dignis, fefellerit, tam sine dubio in reliquis etiam fallere & falli, statim pedem referret, pœnitentiam ageret, atque imposterum Dei verbum pio affectu legeret, tum sine dubio per lumen Spiritus sancti certitudinem & divinitatem sacrarum Literarum tam certo cogniturus,

turus,

turus, ut nulla via ab ea veritate dimoveri queat. Quodnam enim majus laboris mei præmium ferre possem? Cæterum hoc exemplo cuivis manifestum fit, quantæ utilitatis sit non proletarium saltem, sed bene excultum Matheseos studium, ut varia loca sacrarum literarum rite queamus explicare, modo pietas & humilitas cum eo conjungantur. Fateor enim atheo subtiles Mathematum speculationes æque damnosas, atque homini vere Christiano utiles esse. Absit tamen, ut mihi quidquam in hac re tribuam, quin imo quicquid forte boni, quicquid veri inter qualiacunque cogitata mea reperietur, soli gratiæ divinæ acceptum humillime fero. Ei sit gloria, Ei laus sempiterna in seculorum secula.